Supplementum chronicarum / [Jacobus Philippus].

Contributors

Jacobus Philippus, Bergomensis, 1434-1520.

Publication/Creation

Venice : B. Rizus, 1492[93]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/k9j3gm3n

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

384 *EARLY CHRONICLE.*—**Bergomensis** (JACOBI PHILIPPI) Opus preclarum Supplementum Chronicarum vulgo appellatum, folio, **black letter**, *woodcuts, russia very neat, gilt edges, the sides blind tooled in the antique style*, RARE, £ —

Venetiis, 1492

This very curious work is ornamented with rude and singular woodcuts, representing the early history of the world. The capital letters are many of them painted in the style of that age, and the work altogether is of uncommon curiosity. From the Colophon it appears that the cuts were engraved about 1480. (See MS. note by the Rev. T. Corser.)

FR
1829

£2-10-0

22.6.5055

FR
1830

Supplementum Chronicarum.

DI VNO
DI·SE GVNDO
·DI·TERZO·
·DI·QVARTO·
DI·QVINTO
DI·SEXTO·

Liber Primus Mundus

Opus preclarum Supplementum chro/nicharum vulgo appellatum: in omnimoda historia nouissime congesta fratris Jacobi philippi Bergomensis religionis heremitarum diui Augustini decoris: q̄ faustissime inchoat.

¶ De exordio mundi et eius creatione: deq; linea generationis patrum.

¶ Liber primus incipit.

IN principio creauit deus celum et terram: terra autem erat inanis et incōposita. Scribunt Beneſcos p̄.cap°. Sibillū omnium. (Augustino testāte) vt habet vndecimo de ciuitate dei ca°. 3°. Maximus est mundus. Inuisibilu3 autē ero maximus est deus: sed mundum esse cōspicimus: deum vero credimus. Qd̄ autem deus fecerit mundum nulli potius credimus q̄ ipsi deo. Vbi inquies ipsum audiuimus? Nusq̄ uerum (respondit) nos melius q̄ in scripturis sanctis. vbi dixit ꝓpheta eius: In principio fecit deus celū et terram. Nūquid nam tunc fuit ibi iste propheta quando fecit deus celu3 et terram? Non: sed ibi fuit vbi fuit dei sapientia: per quam facta sunt omnia: que in animas etiam sanctas se transfert et amicos dei et prophetas ꝓstituit: eisq; opera sua sine strepitu intus enarrat. Loquuntur quoq; eis angeli dei qui semper vident faciem patris voluntatem q3 eius quibus oportet semper annunciāt: et propterea ex his vnus erat iste prophēta qui dixit et scripsit: In principio creauit deus celum et terram: terra autez erat inanis et incomposita. In formis quippe illa materia erat quam de nihilo deus fecit appellata primo celum et terram. et dictum est in principio fecit celum et terram: non quia iam hoc erat: sed quia hoc esse poterat. nam et celum postea scribitur factum: quemadmodu3 si semen arboris considerantes dicam9 ibi esse radices: et robur: et ramos: et fructus: et folia: nō quia iam sunt: sed quia in de futura sunt. Sic dictū est: In principio fecit deus celum et terram: quasi semen et celi et terre: cum adhuc inconfuso esset celi et terre materia: sed quia certum erat inde futurum esse celum et terram: iam et illa materia celum et terra appellata est. Hanc itaq; spaciosam formam effigie certa carentem Ouidius in principio maioris sui voluminis et alij philosophi vocarunt chaos: qō ipse in eodem libro meminit dicens.

Ante mare et terras: et quod tegit omnia celum
Vnus erat toto nature vultus in orbe:
Quem dixere chaos rudis indigestaq; moles
Nec quicq̄ nisi pondus iners congestaq; eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.

Anno mundi | Anno aĩ xp̃i aduĉtũ

¶ Cunq; primum fecisset deus celum ⁊ terram cum ipsis quoq; elementis que in his elementis cõdita sunt. s. aquas ⁊ spiritus abyssosq; ⁊ tenebras: necdum luminibus neq; syderibus constitutis: dixit deus Fiat lux. Et vidit deus lucẽ quia bona esset: statim separauit inter lucem ⁊ tenebras. et tenebras vocauit noctem: lucem vero diem. ac sic factũ est vespere ⁊ mane dies vnus: qui sunt primus dies seculi: non primus dierum omnium. ideo non primus: sed vnus nominatus est. Ac sic eo die fecit deus materiam informem: Angelos: celos: lucem: terram: aquam: ⁊ aerem.

Dies p̃mus

Dies. 2. ¶ Secundo autem die factum est firmamentum solum in medio aquarum: per quod ⁊ diuisit inter aquam ⁊ aquam.

Dies. 3. ¶ Tertio vero die cõgregauit dominus aquas que sub celo erant in vnam congregationem: ⁊ confestim apparuit arida: quam deus ipse nominauit terram: atq; ipsas aquarum congregationes appellauit maria. Herbamq; produxit terra: ⁊ lignum fructifez cum semine suo.

Dies. 4 ¶ Quarto postmodum die fecit deus duo luminaria in firmamento celi: Solẽ videlicet ⁊ Lunaz ⁊ stellas: vt Sol ad inchoationem diei lucret super terram: ⁊ Luna noctis: ⁊ diuiderent inter diẽ ⁊ noctem: ⁊ essent in signa ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ annos: ⁊ essent in splendorem firmamenti celi: ⁊ lucerent super terram. Quibus ita perfectis manifestum est luminaribus ipsis antecedere lucem tribus diebus.

Dies. 5. ¶ Quinto preterea die eduxit dominus ex aquis reptilia animaruz viuarum ⁊ volatilia celi. et fecit deus beluas ⁊ cetos ⁊ omnem animam viuam repentem: quas eduxerunt aque ſm genus suuz Et vidit deus q; esset bonum ⁊ benedixit ea ⁊ dixit: Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete aquas: ⁊ volatilia similiter multiplicẽtur super terram. ⁊ factum est vespere ⁊ mane dies. 5.

Dies. 6. ¶ Sexto deniq; die dixit dominus: Educat terra animam viuam ſm genus suuz: quadrupedia. s. ⁊ reptilia: ac vniuersas bestias terre ſm genus suum. et vidit deus quia bona essent ⁊ benedixit ea. Ac sic iste sunt generationes seculi: videlicet celi ⁊ terre: que create sunt in die quo fecit deus celum ⁊ terrã vt patet Hcñ. 2°

Sabbatum ¶ Septimo vero die posq̃ cunctum mundum ⁊ oĩa que in eo sunt dominus creasset: dominus ipse (vt Moyses ait) ab operibus manuum suarum requieuit: non quasi operãdo lassus: sed nouam creaturam facere cessauit: cuius materia vel similitudo non precesserit: ⁊ dominus eidem diei benedixit et sanctificauit illum: vocauitq; ipsum Sabbatum: quod nomen hebraica lingua requiem significat: eo q; in ipso cessauerat ab omni opere suo q; patrauerat deus vt faceret. vnde ⁊ Judei eo die a laboribꝰ proprijs vacare dignoscuntur. Hcñ. 2°

paradysus ¶ Paradysum autem voluptatis (vt Moyses Hcñ. 2° scribit) a principio dominus deus plantauerat: qui latine hortus siue pomerium dicitur: hebraice vero hedem: qõ delicie sonat: quasi deliciarũ hortum omni arborum genere consitum: vbi ⁊ lignum vite positum erat. Locus autem ille (vt Isidorus in .14. ethi. li. ca°. 3°. scribit) in oriente est longo maris tractu a nostro habitabili segregatus: qui multã habet salubritatem ⁊ amenitatem atq; iucunditatem. Salubritatem inquit quia tempie gaudet: ⁊ nec frigus nec estus habet et quicquid ibi semel venit mori non potest: sicut Elyas ⁊ Enoch vivere referũtur. Amenitatem vero: quia vniuerse pulchritudinis promptuarium est: vbi nec arbores siue folia aut flores ⁊ fructus vnq̃ marcescunt. Jucunditatem deniq; quia omne lignum pulchrum visu ⁊ ad escẽdum suaue ibidẽ reperitur: sicut Moyses ait. Serenitatem insuper omnimodaz habet: quia locus: vt scribit Beda: altissimus est: cuius altitudo vsq; ad lunarem circulum pertingit. De cuius medio fons egreditur qui totum irrigat nemus: vt dicit Lactan. in carmine de phenice.

Sed fons in medio est quem viuum nomine dicunt:
Perspicuus lucens vulcibus vber aquis
Qui semel erumpens in singula tempora mensum
Duodecies vndis irrigat omne nemus
Quiq; ⁊ in quatruor nascentia diuiditur flumina.

Ganges ¶ Primum quorum appellatur Phison qui ⁊ Ganges: qui vniuersam circuit Indiam: secũ trabẽs arenas aureas: ⁊ interpretatur Caterua eo q; x. flumina recipiat. Hic in mare adeo grandis descendit: vt vbi minus occupet latitudinis octo passuum milia pateat: vbi vero plurimum centũ. Hunc Cyrus persarum rex cum quendam eius insignem equitem absorbuisset in quadringentos sexaginta distinxit alueos.

Gion ¶ Gion qui Nilus secundus appellatur fluuius: totius orbis maximus: qui totam Ethiopiã Egyptum: q; circuit. de quo Lucanus in decimo dixit: Arcanum natura caput non prodidit vlli. Qui (vt aiunt) immensa aquaz mole singulis annis sole in Cancro existente totam egyptum exundat. Hui⁹ fluminis aquas: vt nonnulli tradunt: talis esse virtutis dicunt: vt mulieres fecundiores faciant: ⁊ steriles fecundas efficiant. De isto flumine ⁊ alia multa mirabilia Aristoteles ⁊ Seneca atq; Joannes bocacius rettulerunt: qui de eo libellos composuerunt.

Tigris ¶ Tigris tertius est: qui ſm Josephum dicitur Hilach: quod sonat actutum: eo q; velocissimus sit: a quo non dissonat ethymologia. Nam tigris Persarum lingua sagitta dicitur: q; ea velocitate ferat

qua

qua sagitta. Hic etiam ex monte Periardes armenie profluere dicitur: et contra Assyrios vadit: quē aduentū nonnulli rubro mari dicunt infundi: quod falsum est.

¶ Euphrates quartus fluuius qui frugifer sonat ex eo fonte derivat: qui inter ceteros fluuios memoratu plurimo celebris est. Hic contra Chaldeos vadit: qui cum Babylonem in duas partes diuidat in mare rubrum descendit. Et sunt qui dicant hunc Nili more vno et eodem tempore Mesopotamiam irrigare: eamq; fecundā facere. Que sane quattuor flumina ab eodem paradisi fonte (vt nostri affirmant theologi) emanant et separantur. Et iterum eorum quedam inter se cōmiscentur: atq; iterum separantur: sepe etiam absorbentur: et locis rursus in pluribus emergunt. Inde est q̄ de eorū ortu varia leguntur: quia Gangem dicit Ply. in locis Caucasi montis nasci: Nilum vero procul ab Atlante monte: et Euphratem in Armenia. Euphrates

¶ Paradisos terrestres.

¶ Paradisos etiam terrestres sex fuisse scriptum inuenimus. Vnum in occidente versus Hesperiam. Alterum in equinoctiali inter eurum et euronotum. Tertium de quo Beda meminit: inter cancri tropicum et circulum antarcticum. Quartum paradisum versus orientem ad eurum vltra equinoctialē in quo solis arbores sunt. Quintus terrestris paradisus esse ad polum arcticum dicitur: de quo Solinus meminit. Inuenitur etiam in occidente alius voluptatis et delitiarum paradisus: de quo sic habemus: q̄. S. P. Q. R. mandauit summum sacrorum pontificem non nisi de Italie deliciarum horto eligi debere.

¶ De Adam creatione.

¶ Adam autem protoplaustum primum hominem summus rerum omnium fabricator deus sexto die seculi quinta et vigesima martij hostijs terre creatis: cunctisq; reptilibus ac volucribus celi vno et eodem die de limo terre rubeo in agro damasceno tanq̄ creaturarum omnium finem ac possessorē finxit: quia (vt philosophus ait) Illa que fuerunt in intentione prima: in executione extiterunt vltima. Et insufflauit in eum spiraculum vite et animaz: et factus est homo ad imaginem et similitudinem dei. Qui nudus coram domino constitutus confestim elevatis manibus deo gratias egit dicens: Manus tue dñe fecerūt me et plasmauerūt me totū in circuitu: ideo de cetero memēto mei q̄ sicut lutum feciſti me: et sicut lac mulsisti me: ac sicut caseum me coagulasti: pelle et carnibus vestisti me: ossibus et neruis compegisti me: etiam vitam et misericordiam tribuas mihi. Adam itaq; viro insigni et perpulchro creato dominus eum tanta perfudit gratia: vt nullo tradente magistro: sed sola iustitie originalis virtute perfusus omnium liberalium artium statim clarissime edoctus est. Notitiam enim omnimodam astronomie: geometrie: musice: grammatice: atq; rhetorice habere promeruit: omniū quoq; herbarum: arborum: metallorum: lapidum pretiosorum: auium: bestiarum: piscium: serpentium: cunctarum denique creaturarum plenissimam notitiam habuit. Claramq; preterea et explicitam beate trinitatis Christi incarnationem solus habere promeruit. Vnde et deus ipsum mundi imperatorem et summum omnium pontificem constituit. Volens denique dominus deus vniuersas celi et terre creaturas Adam ipsum vt suum recognoscere dominum: atq; vt rerum omnium proprietates virtutesq; hominibus innotescere vniuerse celi militie mandauit vt creaturas omnes ad Adam perducerent: quibus singulis propria imponeret nomina. ac singulis stellis celi auibusq; et piscibus cūctisq; animantibus et reptilibus terre conuenientia imposuit nomina: quibus etiam nunc vocantur. In imaginaria deinde visione vniuerse immobiles creature: videlicet montes: insule: maria: arbores: et omnes herbe adducte sunt: quibus et itidem fecit. Et sin philosophum conuenientia nomina naturis et rerum proprietatibus imposuit. Atq; ita rerum omnium rege et imperatore constituto illum eodem die de loco formationis in paradisum voluptatis dominus transtulit: vt ibi non ad necessitatem sed recreationē operaretur: et vt prouidens nullum ex cunctis animantibus sibi simile esse mulieris formationē superfluam non putaret. Dixit: non est bonum hominem esse solum: Faciamus: inquit dominus: adiutorium simile sibi ad liberos procreandos: qui similes sint illi: et confestim in eodem loco dominus immisit soporem in Adam: non quidem somnium sed extasim: et obdormiuit. Et auferēs vnam costam de latere eius repleuit locum caro eius: et edificauit costam quam sumpserat in mulierem. et Adam sibi innectam cognouit de se fore plasmatam. nec tamen carnali consuetudine hec cogitanda sunt: vt videre solemus opifices ex materia quacumq; terrena corporalibus membris q̄ artis industria potuerunt fabricantes. Nam manus domini: inquit Aug. potentia dei est que etiam visibilia in inuisibilib⁹ operatur. Et adduxit eam ad Adam videre quid vocaret eam. Adam vero videns eam dixit: Hoc nunc os de ossibus meis et caro de carne mea est. hec vocabitur yssa quod latine mulier interpretatur quia de viro suo sumpta est. Nomen vero mulieris illius Euam appellauit: quod significat matrem omnium viuentium. Formatis igitur Adam et Eua sexto die seculi posuit eos in paradisum voluptatis omni germinatione florentem. In quo quidem erat vite et prudentie plantatio: qua gustata cognoscebatur quid bonum quidue malum: de quibus plantationibus precepit deus eos abstinere. de alijs omnibus concessit degustare predicens si de eis duabus degustarent mortem esse venturam. Habita

Iob. 10

Anno mundi | Anno aĩ xp̃i | aducti

batqz cum Adam serpens humani generis hostis qui invidés ei persuasit mulieri mala voluntate vt de prudentie plantatione degustaret dicens in ea esse boni ⁊ mali cognitionẽ: ac sic matris nostre mentem dolosa suggestione offuscans illa plantationem vetitam degustavit. ⁊ exinde Ade persuasit vt ⁊ ipse degustaret. Quo facto confestim seipsos cognouerunt esse nudos. Et Adam peccati veniam a domino postulans rogabat dominum ne eum nimium afligeret: sed factum mulieri retorsit dicens ab ea se fore seductum. Deus autem eos multis penis subijciens cuctigio transmigrauit eos ex horto voluptatis in aliam regionem: vt in sudore ⁊ erumna donec morirentur viuerent: vt patet Geñ. 3°.

¶ Cunctorum viuentium matrem creatio.

¶ Euam autem cunctorum viuentium matrem: dominus non eodem malleo aut incude quemadmodum ceteros fabrefecit: sed vt arbitrari possumus eam corporea formositate mirabilem ⁊ maturã viro ⁊ intuitu letabundam atqz immortalem ⁊ rerum omnium dominam ex latere viri in paradiso dormientis artificio incognito eduxit. Quam tam iure originis q̃ incolatus paradisi incomparabili splendore decorauit. Que vna cum viro suo paradisi delicijs auide perfruens eam felicitatis sue inuidus hostis decepit: ⁊ contra vnicum sibi preceptum a domino impositum ire suasit. Cui leuitate femminea nimium credens fructus arboris boni ⁊ mali sibi vetitos temerario ausu degustavit: ⁊ etiam virum suum in sententiam suam retraxit. Qua inobedientia se ⁊ vniuersum genus suum in miseram mortem deduxit. Et quum lux corrusca qua incedebant amicti abijsset: perizomatibus foliorum a domino susceptis ex deliciarum horto in agro Ebron vna cum viro pulsa: exulqz venit vbi eam dominus partu ⁊ conceptionum doloribus castiganit: atqz alijs calamitatibus eam implicauit. Eoqz loci dum Adam terram excolere cepisset prima vt creditur: colo nere seu filare incepit. Tandem cum partus dolores sepius experta fuisset: ac multos algores ⁊ sudores perpessa cum his laboribus deuenit in senium: ⁊ tandem in mortem sibi a domino predictam. Ac sic parentes nostri vetita degustantes ab alto in imum cecidere: de luce ad tenebras: de incolatu ad exilium: de domo ad deuium: de amore ad odium: de risu ad luctum: de pace ad iurgium: de dulcore ad absinthium: de prosperitate ad penalitatem: de sospitate ad infirmitatem: de abundãtia ad penuriã: de gratia ad culpam: ac deniqz de vita omnes traxerunt in mortem.

¶ Paradisus delitiarum.

Etas seculi

Anno añi xpi aduentū

Anno mundi

Tas seculi prima quam in suscepto

opere librum primum facimus hic incipit: et ad diluuium vsqz perdurat: quodqz ỹm hebreos. 1556. cōtinet annos. Juxta vero septuaginta interpretes z Jsidorum in quinto ethi. lib. alios quamplurimos. 2242. annos. Beatus autem Hieronymus milia duo non plene dicit. Aug. deniqz pater in quinto de ciuitate dei capitulo vigesimo. 2262. annos dicit. Ac sic z nos deo auxiliante temporum dinumerationem facientes incipiemus sic.

Primi 5199

A condito ad diluu

Adam itaqz z Eua primi omnium parentes. 30. supra nongentos vixere annos z preter Caim Abel z Seth cum sororibus suis quos scriptura cōmemorat triginta alios genuerunt filios. Sed Methodius martyr illum centuz genuisse meminit. nec hoc impossibile astruenduz est. Quos omnes legislator Moyses breuiter transit: z ad Abrae tempora venire festinans illos atqz aliorum patrum plures filios z filias subticuit. Hic autem Adam vna cum vxore propter inobedientie reatū maximam cunctis diebus vite sue fecerunt penitentiam. Quamobrem nō modo dei misericordiam consecuti sunt: sed etiam prophetie donum accipere meruerunt. Unde z de Christi: ecclesieqz coniunctione: deqz diluuio futuro: z de incendio per ignem iuditijs predixere multa: liberisqz suis ac nepotibus rettulere: quibus z iustitie precepta tradidere: alia prope modum infinita docuere. Seth quoqz infirmitate correptus Seth filio: atqz alijs filijs z successoribus suis iterdixit ne eius filij cum Caim fratricide filijs ob eius filiorumqz exosam vitam commiscerentur. Illum quoqz pro oleo misericordie impetrando ad paradisum (vt aiunt) transmisit. Tandem trigesimo super nongentesimū vite sue anno in senectute bona deficiēs in Ebron ciuitate arbee sepulchro marmoreo (vt Egesippus scribit) sepelitur. in quo postmodum z Eua vxor sua atqz Abraam: Sarra: Jsaach: z Jacob cum eorum coniugibus sepulti perhibentur. Sunt tamen qui dicant eum in Caluarie loco sepultum fuisse: z inde capite dempto in Ebron translatum. Quo in loco (vt Ambrosius scribit) postea dominus Jesus cruci affixus est. Eapropter apud pictores inolevit consuetudo ad crucifixi pedes Ade ca put depingi.

¶ Caim z Calmanam gemellos Adam decimoquinto vite sue anno in agro damasceno ex Eua coniuge susecepit. z dixit: Acquisiui hominem per deum Gen. 4. Nam Caim lingua hebraica possessionem significat: qui sororem suam Calmanam duxit vxorem. Quippe tunc temporis copula maritum z feminarum opus erat: vt gignendo multiplicaretur genus humanum: nec tunc erant vlli homines nisi qui ex Adam nati fuerant: z ideo fratres in cōiuges accipere opus fuit: quod profecto (vt Augustinus inquit) Quanto antiquius compellente necessitate: tanto postmodum factum est damnabilius religione prohibente: habita fuit certe rectissima ratio charitatis: vt homines: quibus esset vtilis atqz honesta concordia diuersarum necessitudinum vinculis necterentur: nec vllus multas simul haberet: sed singule spargerentur in singulos: ac sic ad socialem vitam diligentius colligendam plurimepluribus obtinerent. Hic autem Caim primus agrorum cultor fuisse perhibetur: cupidissimus quidem ac inuidia plenus: necnon z aliene felicitatis impatientissimus. Quamobrem fratrem suū Abel huiusmodi causa peremit. Conuenerant enim insimul deo sacrificare: Caim enim de agricultura sacrificium obtulit: Abel vero lac z primogenita gregum suorum. Deus autem (vt Josephus in primo ait) agnum in eo sacrificio delectatus est: eo ꝙ spontaneis z naturaliter ortis fructibus esset honoratus ꝙ in sacrificijs Caim. Quapropter Caim indignatus: eo ꝙ frater suus Abel ei fuerat a deo prepositus cum interemit z necatum abscondit: credens ex hoc latere commissum. Sed deus qui etiam abscondita cordis cognoscit Caim fratricidam repente increpauit dicens cum fratris sui interempto rem. et statim maledixit Caim vsqz ad septimam eius generationem. At Caim ex sententia domini profugus effectus in india a facie domini commigrauit. Eoqz loci humano genere multiplicato pro incremento mali suos ad latrocinia inuitans: opes: vt Josephus in primo ait: ex latrocinijs z rapinis nonnullas congregauit: quorum doctor in his studijs extitit. Ibiqz hominum simplicitatem ex inuentione ponderum z mensurarum permutauit: eosqz in calliditatem z corruptionem compellens. Ibidē quoqz terre terminos primus imposuit: ciuitatemqz constituit: z ab filio suo Enoch seniorem Enochiam appellauit: eamqz muris cinxit: illicqz suos omnes venire coegit: vt haberē Gen. 3°. Homines enim antea tanꝙ inermes z nudi erant: nec contra homines aut bestias tuti: nec receptacula contra frigus seu estus habebant: sed naturali quadam solertia receptacula excogitauere. Unde z tuguria quedam atqz casas sibi fabricantes ex virgulis z harundinibus construxere: quibus eorum vita tutior haberetur. Cumqz Caim confectus esset senio: z inter fructeta aliquando sederet a pronepote suo Lamech qui senectutis vitio cecus factus dum venationi insisteret: pueri ductoris suasu credens Caim feram sagitta occisus fuit. Lamech vero videns se proauum Caim interfecisse deprehendens puerum ira succensus interfecit. Hic autem Caim genuit Enoch: ex cuius nomine: vt dictum est: Enochiam con

Enochi prima ci

Se filia in fam

Anno mundi | Anno añi xpi eductū

didit ciuitatem: quam t sua prole repletam vidit. Enoch autem genuit Jareth: qui genuit Mahanahel: qui genuit Mathusalem: qui genuit Lamech. Lamech vero acceptis duabus vxoribus: Sela. s. t Ada: ex eis. 77. genuit filios t filias: t hic preter bonos mores bigamiaz primus superinduxit. Horum autem filiorum Jubal t Tubal ex Ada fuerunt: t ex Sela Tubalcain: qui habuit sororem nomine Noemma.

¶ Caim fratrem suum Abel ob inuidiam interfecit.

¶ Jubal vero Lamech ex Ada filius: ſm Josephum tentoria portatilia pro gregibus nutriendis fabricauit: gregesq ordinauit t amauit. separauit quoq ſm genera ouium greges a gregibus edorum: t qualitatem vnius coloris a grege sparsi coloris.

¶ Tubal autem consanguineus eius existens musicam coluit t psalterium: citharamq laudauit: t propterea Josephus dicit eius inuentum fuisse musice ad ictus malleorum Tubalcain fratris sui qui ferrarius faber fuit. Nam in tinnitum malleorum delectatus ex eorum ponderibus proportiones t cōsonantias que ab ipsis exibant comprehendit: t exinde principia musice dedit: ac psalterium primus inuenit: vt per hoc labor pastoralis quasi in delitias verteretur. Sunt tamen qui dicunt q Arcbades populi per calamos breues t longos primi excogitauerunt cantum. Lactius vero id repertum dicit Pythagore philosophi.

¶ Tubalcain filius Lamech: qui ex altera eius vxore ei natus fuit. s. Sela fortitudine cunctos excelluit: t propterea res bellicas decenter exercuit: ex his etiam que ad libidinem corporis attinent enutrituit: ipseq ferrariam artem primus inuenit. Habuitq sororem eiusdem virtutis t multarum virtutum inuentricem nomine Noemmam: hi prouidentes iudicia: videlicet aque t ignis futura esse ne

eorum

eorum inuenta ab hominibus dilaberentur: aut anteqũ venirent ad cognitionem deperirent. duas se aduentũ
cerunt columnas: vnam ex lateribus: aliam ex lapidibus: t in ambabus que inuenerant conscri-
pſere: vt scilicet si constructa lateribus ab imbribus exterminaretur lapidea permanens preberet ho
minibus scripta cognoscere: t sic vice versa. Ac per hoc peccatum Caim: vt scriptura refert: in sep
tuplum punitum est: idest in septimam vsq generationem. Septuagies vero septies peccatũ Lameth
punitum est: quia septem t septuaginta animas de Lameth egressas diluuio perijsse cõstat. vel quia
generationes tot erant vsq ad Christum qui pro omnibus penam soluit. t sic tota progenies Caim
quum esset nequissima diluuio deleta fuit.

Abel autem quem iustum t sanctum sacra commemorant euangelia t Delboram gemellos de 5169 30
cimoquinto anno vite Caim Adam protoplastus ex Eua genuit. Qui ab incunte etate iustitiã co-
lere t deum timere didicit: t in omnibus suis operibus dominum adesse sibi putabat. virtutibusq̃ p̃
maxime incumbebat: cuius conuersatio pastoralis erat: t de omnibus primitias deo offerebat: t pro
pterea deus ad eius sacrificia respiciens in omnibus eum multiplicauit. Qui quum aliquãdo ex pin
guioribus gregis presente sacrificium offerret: deus ipse vt eius oblationem grata haberet demon
straret. Quum primum hostia super altare imposuisset: repente ex ea spontaneus ignis accensus: t
omnia que super altare erant consumpsit. Quo viso vultus Caim pre confusione condidit: t inuidie
stimulo saeuius fratrem interficere constituit. Quem a tanto facinore dominus retrahere volens
cum durius increpans ait. Quare iratus es: t cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris recipies
si autem male: statim in foribus peccatum tuum aderit. Si sub te appetitus tuus erit: tu dominabe-
ris illi. Sed iniquum domini increpatio ab scelere non retraxit. Unde t die quadam: vt Moyses
ait: Caim dixit ad Abel: Egrediantur foras in agrum. Quumq abijssent: Caim cõsurrexit in eum:
ac interfecit: primumq dei martyrem pro iustitia fecit: t celestem ciuitatẽ: vt Augustinus scribit: pri-
mus condidit: t ipsius ciuem se primum constituit: centenario t eo amplius Abel mortuo: Adã post
centesimum annum Seth genuit filium.

Seth autem Ade filius: t ipse quinto supra ducentesimum vite sue anno genuit Enos. de- Seth
hinc superuixit annis septingentis t septem t alios genuit filios t filias: t quum vixisset 4969 230
nongentos t duodecim annos defunctus est. Hic autem Seth resurrectione interpreta-
tur: quia in ipso semen iustum resuscitatum est: quod fuit stirpis filiorum dei. Hic namq
cum vir egregius esset virtuti studuit: t imitatores sui filios dereliquit: qui quum boni fuissent filij t
nepotes sine alicuius iniuria viuentes: etiam sine vexatione felicissime vixere. vnde t eis nihil crudele
vsq vite terminum prouenit. Ipse enim quum rerum celestium disciplinam cognosceret etiam eorũ
ornatum primus inuenit. Huic autem pater Adam interdixit ne cum Caim filijs eius progenies cõ
misceretur: q̃ eius male merita odiosum effecerat. Adaz quoq patre eius defuncto Seth patris im
perium semper exequutus est: at cognationem suam a Caim cognatione omnino separauit. Porro
filij Seth in septimam vsq generationem precepta patris optime obseruarunt. deum iudicãtes esse
dominum omnium: t ad virtutem semper inspicientes. Sed procedente tẽpore (vt Josephus inquit)
de solemnitatibus patrum ad infinita prope mala sunt prolapsi. Qui nõ modo legitimos cultus deo
non prebuere: sed ne iustitiam quidem hominibus facere voluerunt: t zelum quem prius habuerant
pro virtute in duplam malitiam postea per ea que gerebant: monstrauerunt. Ob hoc itaq deum cõ
tra se plurimum irritauerunt. Unde t in contemptum patrum mandatorum Caim filias concupi-
scentes: easdem ex omnibus quas elegerant sibi quisq vxores accepere: e quibus (vt Moyses refert)
gigantes orti sunt. Verum bi quantum augebantur numero: tanto in vitia prolabebantur maiora.
Quocirca deum contra se irritauerunt. et immisso diluuio populum omnem preter Noe cum suis iu
sta animaduersione deleuit.

Enos Seth filius nõ quidem primus: vt pater Augustinus refert: nonagesimo supra cen Enos
tesimum vite sue anno genuit Cainam. ac deinde quindecim t septingentis annis vixit. 4764 435
t alios genuit filios t filias: vt habet Genesis quito. Et ita omnes dies Enos facti sunt
.9. t nongenti anni: t mortuus est. Hic fm magistrum sortis sive rationalis interpretatur
quem hebrei ferunt imagines quasdam ad deum exorandum primum inuenisse ad excitandam sci- Imagines
licet mortalium pigritiam: vt christianorum nunc mos est. Et ideo scriptura de eo sic proloquitur di- inuenit
cens. Enos sperauit inuocare nomen domini dei sui: quam plane scripturam diuus pater Augusti-
nus decimoquinto de ciuitate dei capitulo decimooctauo exponens dicit nil aliud significare velle
q̃ prophetiam exoriturj populi: qui fm electionem gratie inuocaret nomen domini dei veri.

Cainam Enos filius: qui natura dei interpretatur: t ipse septuagesimo supra centesimum Cainaz
vite sue anno genuit Malalehel. Quo nato supravixit quadraginta t septingẽtis annis 4574 625
t alios genuit filios t filias. Eius autem Caine omnes dies decem t nongenti anni facti

Anno mundi | Anno aĩ xpi aductũ

sunt: t mortuus est Genesis quinto.

Malalehel 795 4404

Malalehel Caine filius qui plantatio dei, interpretatur: centũ t sexaginta quinque habens etatis annos genuit filium Jareth: quo nato postea septingentis t triginta annis superuixit: t alios genuit filios t filias. Factiq3 sunt omnes dies Malalehel octingenti t nonaginta anni: t defunctus est Genesis quinto.

Jareth 960 4239

Jareth qui interpretatur descendens siue roborans: siue soporans: Malalehel filius: secũdo t sexagesimo supra centesimum vite sue anno genuit Enoch filium quo nato superuixit octingentis annis: t plurimos genuit filios t filias. Eius itaq3 dies omnes nongenti t sexaginta duo anni fuere: t mortuus est Genesis quinto. Huius vero tempore filij Seth viri optimi in preceptis patris cum simplicitate cordis persecrantes a filijs Caim pessimis quidq3 in omnem luxum prolapsis multa mala passi sunt.

Enoch 1122 4077

Enoch autem Jareth filius sexagesimoquinto supra centesimum etatis sue anno genuit Mathusalem: quo nato ducentos etiam superuixit annos: t alios genuit filios t filias. Ipsi quoq3 anni omnes fuere trecenti sexaginta quinque: quibus expletis discessit ad deũ vnde necnon finis eius inuenitur esse conscriptus Genesis quinto. Hunc Judas apostolus in epistola sua nõnulla scripsisse refert: que ab antiquitate suscepte fidei a patribus refutata sunt. Hunc etiam Jesus filius Sirach in quadragesimotertio capitulo ecclesiastici sui ob nimiã eius sanctitatem in voluptatis paradisum translatum fuisse refert. Ibidemq3 Elyas prophcta viuere cum dicit.

Mathusalem 1287 3912

Mathusalem vero Enoch filius centesimo t sexagesimoseptimo anno natus Lameeh filium habuit: quo nato duos t nonaginta supra septingentos supuixit annos: t alios multos genuit filios t filias. et sic omnes dies Mathusalem facti sunt nongenti t sexaginta nouem anni: t mortuus est Genesis quinto. Hunc Mathusalem diutius vixisse ferunt omnibus scilicet quos scriptura commemorat: qui t iuxta annorũ seriem quattuordecim annis post diluuium vixisse reperitur: propter quod t nonnulli licet falsa opinione cum patre suo Enoch translatum fuisse affirmant: donec diluuium preteriret. Quam sane codicum discrepantiam diuus pater Augustinus in. 15. de ciui. dei perpulchre disputans affirmat eodem diluuij anno Mathusalem fuisse defunctum. Huius quippe generatione filij dei idest Seth filias Caim cõcupiere: t mala multiplicata sunt super terram: Gen. 5.

Lameeh 1454 3745

Lameeh autem Mathusalem filius t ipse octogesimooctauo supra centesimus vite sue anno genuit filium: quem Noe appellauit: idest rerum preceptorem. Et postq3 natus est vixit annis quingentis nonagintaquinque: t alios genuit filios t filias. Et quum vixisset septingentos septuagintaseptem annos tradidit principatum Noe filio: t mortuus est Genesis quinto. Eo quidem tempore gigantes erant super terram: viri vtiq3 famosi t incredibilis potẽtie scientes bellum.

Area Noe.

Noe 1642 3557

Noe vero Lameeh filius homo sane iustus t ingenij mitis ac integer t misericors inuenit gratiam coram domino: qui quum esset qnigentorum annorum tres genuit filios: Sem videlicet: Cham t Japhet. Tunc quidem gigantes erant super terram: t cuncta hominũ cogitatio prona erat ad malũ omni tempore. Noe tamen diuini honoris t iustitie amator t procurator inuenit gratiam coram domino. Et quum disciplina iustitie originalis eruditissimus: castusq3 t integer t pudicus atq3 facundus esset: errantes omnes in viam rectam t predicationibus t admonitionibus: quibus plurimũ ob eloquentiã valebat deducere satagebat. Verum quum nil omnino proficeret: metuens ne t ipsum quoq3 cum vxore t liberis interficerent discessit ab ea terra. Quo recedente dixit illi dñs. Finis vniuerse carnis venit coram me. Penitet enim me fecisse hoiem: t propterea spiritus meus non pmanebit in eo in eternũ: quia ẽm carnem ambulat. Eruntq3 dies illius centum viginti annorum Gen. 6. Dñs autem dixerit deus: Erunt dies hominis centum viginti annorum: non tamen

ramen sic accipiendum est q̄ post diluuium homines cētum ꝛ viginti annos non essent trāsgressuri: aduentū quum post diluuij tempus inueniamus multos quingentos excessisse annos. Sed hoc intelligendū est fm Augustinum. 3°. de ciuitate dei capitulo. 24. id dominum dixisse: Quum circa finem nongentorum annorum Noe esset: ꝛ dies quadringentos octoginta annos vite etatis ageret quos more suo scriptura quingentos vocat nomine totius maximam plerumq̄ partem significans. Sexcentesimo quippe vite Noe anno secundo mense factum est diluuium. Ac si dicat: centum viginti anni predicti sunt futuri vite hominum periturorum: quibus transactis nisi conuersi fuerint: diluuio exterminabūtur. Fac tibi (inquit dominus) arcam de lignis leuigatis bituminatam intus ꝛ extra: que sit trecentorum cubitorum geometricorum fm Augusti. ꝛ Hugonem longitudinis. Cubitus quippe geometricus (vt ijdem volunt) sex vsuales cubitos facit: quam quidem mensuram nos perticam appellamus Sit itaq̄ trecēatrū perticarum longitudinis: quinquaginta latitudinis: ꝛ triginta altitudinis: idest a fundo vsq̄ ad tabulatum sub tignis. Et in cubito consumabis illam: in qua māsiuncules tristegas: atq̄ cenacula ꝛ fenestram: necnon ꝛ hostium in latere deorsum facies. Noe itaq̄ post centum ꝛ viginti annorum spacium: quibus arcam composuit: sexcēteſimo vite sue anno comportatis secum ijs: que sibi pro solatio vite sue necessaria erant: cunctorum quoq̄ animalium ad seruandum genus eorum: masculos simul ꝛ feminas pariter introduxit: aliorum vero animalium septuplum numerum. Ipse deniq̄ ꝛ filij eius: vxor eius ꝛ vxores filiorum suorum primo die secundi mensis: qui est aprilis per septem ante dies quam dominus plueret super terram ingressus est in arcam. Quo ingresso factum est diluuium maximum per annum ferme occupans terram. Et deleuit omnem carnem de terra que sub celo est: ꝛ Noe quidem cum suis saluatus est. Stetitq̄ arca (vt sacre tradunt littere) super altissimos Armenie mōtes quindecim cubitis: vt patet Geneſis septimo. Exiccatis vero aquis Noe primum animalia ex arca dimisit. ꝛ ipse postea cum generatione sua simul egressus gratias domino egit: ꝛ sacrificans deo cū suis epulabatur. Eum autem locū armenij: vt Josephus ait: Egressoriū vocant. Illic enim arce saluate reliquias per multa tempora prouinciales ostenderunt. Noe itaq̄ egresso metuens ne per annos singulos dominus diluuium induceret: ꝛ semen omne omnino deleret: statim altare erexit: ꝛ sacrificans rogabat dominum vt nullam vlterius huiusmodi vastationem induceret: qua periret omne genus animaliū: sed punitis malis parceret bonis. Cui apparēs dominus dixit. Cessabo de cetero ab his pro suis iniquitatibus penas exigere: ꝛ quanmaxime te rogante. In cuius rei signum arcum meum ponā in nubibus celi: vt habetur Geneſis nono. Et sic dominus hec quidem Noe ꝛ filijs suis dicens atq̄ promittens siluit. ac sic illo diluuij anno prima seculi etas termi nata est ab Adam vsq̄ ad diluuium inclusine sub generationibus decem.

Cubitus geometricus

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipit liber secundus.

¶ Fratris Jacobi philippi Bergomensis religionis heremitaruz diui Augustini decoris q̄ faustissime incboat.

Tas secunda hic incipit: qūum in

suscepto opere librum facimus secundum: quem ꝛ ad Hebraei natiuitatem vsq̄ perdurat: queq̄ secundum hebreos ducentos nonagintaduos continet annos. Secundum vero interpretes ꝛ Isidorū nongentos quadragintaduos. ac sic ab hebreis sexcentis quinquaginta annis differunt. Que autē sit huius diuersitatis ratio in fine huius libri dicemus.

Noe 2957. 2241

Noe itaq̄ summo pontifice ꝛ maximo omniuz imperatore vna cū filijs ꝛ vxore ac filiorum vxoribus ex arca egresso confestim (vt dictum est) altari edificato de cunctis pecoribus: volatilibusq̄ mūdis holocausta domino obtulit: ꝛ eius odorem suauitatis odoratus est dominus: propter quod eidem dominus benedixit ac filijs suis dicēs. Crescite ꝛ multiplicamini: ꝛ terror vester sit super cuncta animantia terre. Indeq̄ terra ad propriā naturam reuersa Noe ceperit vir agricola esse ꝛ exercere terrā: ꝛ cuncta animātia ad pascua emisit. Quumq̄ (vt aiunt) hyrcum caprarum in coricum cilicie mōtem emisisset. Ibidē lābruscas comedēs inebriatus est: ꝛ statim reliqua animantia cornibus petere cepit. hoc Noe comperto lābruscē virtutē agnouit: ꝛ festimq̄ ipsam sanguine leonis: porci: agui: ac simie addito inseruit: p hoc forte insci⁹ decla-

rans predictorum quattuor animalium in vino madefactis quandam futuram significare similitudinem. at labrusca in bonam vineam inserta fructus fecit perfectũ: & vindemiauit eũ: & ad vsus Noe vino deducto sacrificans: fecit conuiuium magnum. Inebriatus autem ex illo statim tam q̃ agnus in sopore resolutus est: & nudatus inhoneste iacebat. Videnscz Chã eius filꝰ: videlicet pater Chanaam patris verenda nudata cuestigio irridẽdum fratribus nunciauit & ostẽdit. At Sem & Japhet audientes filiali pietate in patrem cõmoti palium imposuerunt humeris suis: retrorsumcz incedẽtes: patris verenda operuere. Eorum quippe facies verse erant: ne scilicet patris virilia viderent. Quod dum Noe sensisset: alijs quidem filijs felicitatem optauit. Cham vero propter cognitionem sui non quidem maledixit: sed eius proli & alijs effugientibus maledictus: deus Chananei filios emigrauit: vt infra dicemus. At contra primum benedixit Sem primogenitum: & ait Sit seruus eius Cham. Indecz adiecit. Dilatet Japhet & habitet in tabernaculis Sem. Noe vero quum vixisset post diluuium. 350. annis: quod quidem tempus feliciter egit: quum complesset annos nongẽtos quinquaginta mortuus est: vt habetur Genesis. 9. Preter autem Sem Cham & Japhet ac Yonichũ filios: alios quoq; post diluuium genuit filios & filias: viditcz ex filijs filiorum: & ex filiorũ filijs ad multas vsqz generationes. & mulieribus ac paruulis acceptis: vt ex Philonis historia colligimus: viros numero quattuordecim milia. Hec autem: vt ex Genesi habemus: sunt generationes filiorus Noe: Sem scilicet Cham & Japhet: ex quibus septuagintadue prodierunt gentes: licet multorum filij non commemorentur: qui nascendo tribubus alijs accesserunt: nullam ex se gentem facientes. De Japhet: vt ab vltimo exordiar quindecim descenderunt generationes. De Cham trigintadue. De Sem vero primogenito & omnium Patriarcha vigintiseptem: quorum omnia nomina cum suis nationibus hec ipsa sunt.

¶ Japhet nãcz qui & Janus bifrons: qui interpretatur latitudo: cui pater benedicens dixit: Dilatet dominus deus domum filiorum tuorum: in Europa septem genuit filios: ex filijs duobus septem nepotes: videlicet Gomer: Magog: Madeer: Jauan: Tubal: Mosoch: & Thyras. Isti habitauerũt regionem a Thauro & Amano montibus incipientem: & pertingentem in Asiam vsqz ad flumen Tanaim.

¶ Gomer autem primogenitus Japhet in Europa veniẽs gomoritas instituit: qui postea a grecis Galathe nuncupati sunt: & a quibus Galatia regio. Hec quippe Hispanie & Lusitanie contermina quam a meridie habet. Ab occidente vero & septentrione oceanum. Et ab oriente flumen Sequane & Germanie prouinciarum: de qua etiam alio loco dicemus: quum de anglis tractabimus.

¶ Magog vero Magogas gentes instituit: qui a grecis Scythe appellati sunt: & a quibus Scythia & Gothia nomen habuere: de quorum regionibus dicemus: quum de eorum regnis explicabimus.

¶ Madar item siue Madeus tertius filiorum Japhet constituit gentem medorum: vt Josephus ait: a quibus postea Media regio nomen sortita est: que est Assyrie & Persie vicina. Alij tamẽ a Medo Medee filio id cognomen habuisse ferunt prout loco suo infra dicemus.

¶ Jauan quoq; quartus filiorum Japhet condidit Jones grecos: & a quibus mare ionium nomẽ accepit. Jonia enim grecorum regio. hec quippe regio in extremitate minoris Asie inter Cariam & Eoliam est: que nunc dicitur Turchia: a Jonio tamen quodam arbeniensium duce Vitruuius nomen assumpsisse dicit: vt infra dicemus. hic quoq; Jauan quattuor genuit filios.

¶ Tubal etiam quintus filius Japhet iberos qui & hispanos cõdidit: a quibus Hispania europe regio permaxima. Terra quidem felix: rerumcz optimarum ferax: de qua quum de hispaniorum regno dicetur enarrabimus. hec enim aliquando celtiberia appellata est.

¶ Mosoch insuper sextus filiorum Japhet instituit capadoces: & a quibus Capadocia regio: que postea Cesarea a Romanis appellata fuit: ipsa enim regio maiori armenie vicina est: quã Euphrates fluuius disiungit: in qua est ciuitas clarissima nomine Meleba.

¶ Thyras denicz septimus filius suos Thyreses appellauit: & a quibus Thracia prouincia: que in Scythie partibus est nomẽ accepit. Ea quippe regio ferocissimos nutrit homines: q̃ ritcis asper coporis cultus est. Hi siquidem septẽ gentes per Japhet filios institute fuerunt.

¶ Ascanes autem Gomer filius: Japhetcz nepos: sarmatas populos constituit: quos greci regios vocant: hi nanqz scytharum homines sunt in meotidos paludis profundo habitantes: que plane regio ex illis est: ac tenuis infelicibus arboribus referta. Inestcz eis (vt Florus in tertio historiarum scribit) multa barbaries: adeo vt pacem non intelligant: hos Bohemos nonnulli esse affirmant.

¶ Raphas vero qui secundus Gomer filius & Japhet nepos fuit: ipse Riphcos qui dicuntur Paphlagones: & Troianos constituit: a quibus Paphlagonia nomen accepit: hec enim minoris Asie regio est: hi enim Paphlagones aliquando in Italiam trãsuecti: Cornelio testante: Eneci qui & Veneti postmodum dicti sunt: & a quibus Venetia prouincia cognominata est: cuius caput Bergomũ & Aquileia ciuitates esse perhibentur.

¶ Tegorma siue Tygran tertius Homer filius fuit. Ex isto autem (vt Josepho placet) tygramcos aduentū
qui Phryges a grecis nuncupantur emersere: & a quibus Phrigia minoris Asie prouincia cognominata fuit: que postea Bardania a Bardano: deinde Troia: a Troe eius filio cognominata est.

¶ Helysan insuper Jauan filius filij Japhet fuit: ipse enim Jauan filius Japhet tres filios habuit: quorum primus iste fuit: hic Helysan Helyseos vocauit eos quorum princeps fuit: qui postea Eolij a grecis nūcupati sunt: & a quibus Eolia prouincia siue insula appellata est: ea quippe insula in siculo mari. 25. passuum milibus ab Italia distare dicitur.

¶ Tharsis secundus Jauan filius fuit: qui in minori Asia veniens Tharsos ꝑdidit: qui antiquitus Cilices dicebantur: inde prouincia Cilicia vocata est Pauli apostoli patria: hec enim minori Asie & Syrie proxima est. Tharsus enim maxima ciuitatū apud eos metropolis fuit.

¶ Cetthim deniq; .3. Jauan filius fuit: & Japhet nepos: hic Cethimā insulam primum habuit: que postea Cyprus insula dicta fuit: hec enim inter ceteras insulas celeberrima habetur: rerū enim oium abundans & veterum diuitijs ornata: & propterea luxui plurimū dedita: ob quod veneri sacrata fuit. ibi enim: vt Plynius libro duodecimo naturalis historie circa finem scribit: est arbor odorata folijs & semine similis coriandro: quam: vt quidam ait: dicunt arborem esse quē in Italia ligustrum vocatur.

¶ Dodanim etiam. 4. Jauan filius fuit: hic in insula Rhodo veniens Rhodios a se appellari voluit. Japhet itaq; filij seu nepotes has habuerunt gentes: que: vt patri Augustino .16. de ciuitate dei capitulo vndecimo placet: a Thauro cilicie monte versus aquilonem per septentrionalem oceanum partem mediam Asie & per omnem europam vsq; ad oceanum britānicum patrias tenuere ducētas sub linguis & gentibus quindecim: nomina locis & gentibus relinquētes de quibus plurima sunt mutata: aut a locorum regibus aut ab ipsis locis: aut ab incolarum moribus: cetera autem permanent vt fuerunt: ita vt hodie etiam rationabiliter appareat vnde derivata fuerunt: sicut ab Assur assyrij: & ab Heber hebrei: de quibusdam vero ratio non apparet: sicut illud quod dicemus egyptios pertinere ad Mesran filium Aram filij Sem: Ethiopes ad Chus & similia: vt Josephus in primo antiquitatum capitulo vndecimo refert.

¶ Generationes Cham.

¶ Cham autem secundus filius Noe qui & Zoroastes: quem nonnulli Nembroth fuisse affirmant: quiq; ab eodem patre Noe ad irrisionem maledictionis plaga percussus fuit. hos infra descriptos genuit filios: & hi a prouincia Syria & Aman & Libano monte cunctas obtinuerunt terras. s. quecūq; ad mare posite sunt apprehendentes etiam eam que vsq; ad oceanuz sunt: & etiam proprias fecere appellationes: quorum primus Chus fuit: a quo (vt Josepho in primo antiquitatuz libro placet) Ethiopes fuere. hi primum a semetipsis & ab Asianis chusei vocabantur: inde Ethiopes: & a quibus Libyopia prouincia seu regio. Hec enim prouincia in Mauritanie finibus perrexi est: in qua vaste sunt solitudines in orientem versus.

¶ Mesram autē secundus Cham filius a quo egyptij exorti sunt: Egyptij enim ab hebreis mersei vocabantur: & Egyptum Mersim a Mersa isto: quorum princeps fuit. Egyptus tamen prouincia ab Egypto Danai fratre nomen accepisse Eusebius affirmat: vt infra loco dicem⁹: hec enim prouincia: vt Plynius in .5. natura. historie refert: ab oriente rubro mari assyrieq; coniungitur: ab occasu cirenen & aphrice reliquum habet. A meridie vero vsq; in Ethiopiam protenditur. A septētrione autē mare habet Egyptium.

¶ Phut item .3. Cham filiꝰ fuit: a quo (vt Josephus scribit) lybici populi & a quibꝰ Lybia aphrice regio: que incipit ab Atlante Mauritanie monte. Unde quidam eiusdem Mauritanie fluuius prouincie ab isto nomine vsq; modo Phut nuncupatur: & ab eo regio Phutensis est appellata: mutatum ei postmodum nomen fuit ab vno filiorum Mesran qui Lybius dictus fuit. ea tamen regio (vt Isidoro in ethimologijs & pluribus alijs placet) ab Lybia vxore Epaphi Jouis filij sic dicta fuit: sed qui ex isto Phut nati sint: non inueniuntur.

¶ Chanaam seu Chananeus quartus Cham existens filius: eam regionem que nunc iudea nuncupatur inhabitans a se Chananeam regionē appellauit: de qua perpulchre libro octauo infra dicemus: cum de hyerosolimorum excidio vltimo a Tito dicemus.

¶ Sabaa itaq; ex istis fratribus quartus Chusi filiꝰ fuit: & ab isto Sabei dicti sunt. Et hi arabes vt scribit Josephus: appellantur. Qui scilicet in libano & antilibano cōmorantur: & ab istis Arabia regio est appellata. Hec in Asia maiori est que & iudeam ab Egypto disterminat: quam Solinus sacram interpretatur.

¶ Euila secundus filiorum Chus filij Cham fuit: a quo Euilei: qui nunc Getuli appellātur populi: scilicet qui in remotioribus Aphrice partibus habitare consueuerūt. Ea quippe regio: vt Plynius in quinto naturalis historie refert: in Aphrica est: & Etholorum partem hactenus fuisse dicit.

¶ Sabathaa item tertius filiorum Chus: Cham filij fuit: a quo Sabatheni: qui nominātur a grecis Astabari.

¶ Regina vero & Sabataca filij Chus antiqua postmodū perdidere vocabula: ab his tamen que-

dam ethiopice gentes descendisse putantur: que in occidentali plaga habitabant.

¶ Mesram autem secũdus filius Cham ex se septem protulit nationes: quarum sexta prodijt per Lessoym natio. s. palestinorum qui modo palestini dicuntur populi: & a quibus Palestina prouincia dicta est: hec enim: vt Plynius placet: in Syria est Arabie cõtermina dicta prius Philistea vbe philistini: que in ea Metropolis fuit.

¶ Lydim etiam alium Cham filium fuisse tradũt: a quo lydi populi: & a quibus Lydia prouincia nomen accepit: que teste Plynius est in minori Asia antiqua regnorũ prouincia: in qua nõnulle erãt clarissime vbes. s. lepra: ephesus: Joannis apostoli sedes & sepulchrũ & colophon claçomene ac phocea. ipsam etiam: vt infra libro quarto dicemus: a Lydo filio Athis & tyrrheni fratre Lydiam appellatam fuisse dicunt. Nunc autem a quibusdam Turchia & a quibusdam Morea dicta est.

¶ Anamim quoq; & Laobin: Nepercussim: ac alios tres Cham genuit filios: quorũ sex nationes ignote habentur: quia bello ethiopico subuerse vsq; ad oblitionem preteritorũ nominũ pernenerũt.

¶ Nembroth autem filius Chus filij Cham filij Noe gigas quidem & vasto corpore vir: cum esset inter filios filiorum Noe audacissimus & manuforttissimus apud Babylonios permanens tyranni dem primus exercere cepit quẽ ideo dei venatorem fuisse: sacre tradunt littere: huic autem cũ. 8. essent filij omnem terram a Haça vsq; in egyptum tenuerunt.

¶ Quattuor tamen Nembroth ex auctoribus fuisse compertum habemus: primum hic ex semine Cham alterum ex semine Sem fratris Cham. de quo sic habetur iam Benzio historico. Noe genuit Sem: Sem autem genuit Arphaxat: qui genuit Sale: qui genuit Heber & fratrem eius Jerari: qui & ipse genuit Nebroth: qui genuit Cretem: qui genuit Celum & Jouẽ: qui genuit Saturnum cognomento Nembroth ex quibus patet ex linea Sem. 2. descendisse Nembroth. Quartum autem dicimus Bellum primum assyriorum regem cognominatum fuisse Nebroth: quia liber qui imago mũdi inscribitur sic inquit: Nembrot genuit Assur: qui genuit Bellum cognomento Nembroth: de quo mox dicemus in capitulo Heber a quo hebrei.

Isaac itaq; Abrae filius: vir deo carus ⁊ multa eius prouidentia dignus: ⁊ post patrē valde longeuus:⁊ ipse sexagesimo vite sue anno:geminos videlicet Jacob ⁊ Esau ex Rebecha vxore filia Batuelis genuit filios. Hunc autē quum pro singulari munere dominus Abrae in senectute concessisset. ipsum quū esset vnigenitus pater summe diligebat. Ipse etiam ad amorem suum atq; fauorem parentes suos prouocabat:eo q; omni bonitate ⁊ virtute studeret: ⁊ parentum suorum maximam haberet solicitudinem:ac etiam effectum circa altissimi dei cultum. Hunc itaq; quum quinque ⁊ viginti esset annorum:pater Abraam deo sacrificare voluit. Et quum ad eedem ⁊ ad altare pariter intrepidus antecessisset:hortatus est patrem dei precepta in eo forte animo explere dicēs: Pater mi nequaquam iustum esset vt initio quis nasceretur:fidei ⁊ patris iuditiū esset refutaturus:aut nō se monstraret amborum voluntatibus prōptum:quando liceret solo patre hec volente facere:si non obediret esset iniustum. hoc dicens presto ⁊ voluntarie accessit ad altare. Quod quidem opus statim infirmatum est deo impediente. His gestis quum Isaac quadraginta esset annorum: patre sic volente Rebecham duxit vxorem:que post mortem Abrae geminos in vtero concepit filios: cuius vēter quū nimium intumesceret hesitans consulit deum:Cui respondit ⁊ dixit ipsam:geminos vno partu esse paturam:qui gemini omnibus ingentibus essent nominati. Ediditq; vno partu geminos filios:quorū prior(vt sacra tradidit historia) a capite vsq; ad pedes hirsutus erat:quem Junior egredientem tenebat planta. Isaac autem seniorem precipuo amore diligebat:quem ob pilorum multitudinem vocauit Esau. Jacob vero iunior charior erat matri. Hic autem Isaac sicut ⁊ pater fame prevalente ex Chananea descendit in egyptum:vbi ⁊ ipse mentitus est Rebecham sororem suam esse:vbi quippe ab Abimelech geraris rege multa pertulit:a quo etiam expulsus:tandem in Chananeam regressus est: vbi quū senex ⁊ cecus effectus fuisset:incertusq; quando moreretur vocauit ad se filium suum Esau: cui mandauit ad venandum egredi:vt dum quippiam caperet ex eo sibi cenam preparet:qua demū sumpta eidem benedictionem paternam impenderet. Quo aduenationem egresso: mater que Jacob magnopere diligebat:suasit ei vt benedictionem Esau surriperet. quod ⁊ factum est: vt habetur in Gen. Jacob vero vltionem Esau metuēs suadente matre Mesopotamiam petijt:vbi ⁊ duas Laban auūculi sui filias accepit vxores:videlicet Rachen ⁊ Lyam:ex quibus duabus octo genuit filios legitimos:quatuor autem spurios ex ancillis suscepit. quibus genitis venit in ciuitate Ebron:inter Chananeos positam:vbi ⁊ Isaac plenus dierum commorabatur:qui ⁊ non multo postē filius Jacob ex Mesopotamia venit superuixit. Defunctus autem est Isaac vir omni virtute plenus:quum vixisset octuagintaquinque annis:quem Jacob ⁊ Esau filij cum vxore in Ebron sepeliere:vbi erat sepulchrū parentum suorum:vt habetur Gen. 35°. Hic sicut ⁊ pater deum nouit: q; in sapientia consilit: eumq; toto corde coluit:quod iustitie tribuitur. Et propterea iureiurando dedit illi dominus gloriam in gente sua:⁊ crescere illum quasi terre tumultum fecit:⁊ eius semen magnopere exaltauit.

¶ Aralius quintus Assyriorum Rex:post Niniam anno a natiuitate Isaac vigesimoprimo regnare cepit:⁊ regnauit annis quadraginta. 1894 3305

¶ Egidius.6.Sicyonioꝝ Rex:Thalesone patre defuncto:anno a natiuitate Isaac vigesimoscundo regnare cepit:ꝛ regnauit annis.34. ¶ Cretensiũ regni principium.

¶ Cres siue Orion Demogorgonis:vt quibusdã placet:filius primus Crete insule Rex: vt Eusebius scribit anno a natiuitate Isaac vigesimonono apud eandẽ insulam regnũ susecepit:ꝛ a se Cretã nominauit.primo nãqz vt quidã volunt a celi tẽperie acrea dicebaꝫ:postmodũ Macorone son:ideſt beata insula. Alij autẽ a Creta Hesperidis filia denominationẽ accepisse eam dicunt. Hic autẽ Cres(vt nonnulli tradunt)vnus curetũ fuit:a quibus postmodũ Iuppiter tertius absc̃ditus fuit atqz nutritus. qui curetes Gnosum ciuitatẽ ꝛ Cybelis deorũ matris templum in eadem insula condiderunt.

¶ Creta itaqz insula nũc Venetis subdita:sicut Aristoteles libro politicoꝝ.2°scribit:videl ad principatũ Grecie fuisse nata ac preclara sita:cuncto nãqz imminet mari:quũ fere greci oẽs circũ mare sunt positi. Abest inquit modicũ a Peloponesso:que est Archadia:in medio enim mundi esse dicit. Nam illi a Septentrione Egeũ mare est:ꝛ ab occiduo Ioniũ seu Myrteũ:que Europe sunt maria. a mane autẽ est illi Icarcũ mare atqz Egyptiũ:que Asiatica maria sunt.ꝛ a Meridie deniqz ꝛ occiduo aphro absoluit ponto. Hec enim:vt Isidorus in decimoq̃rto ethimologiaꝝ libro:capitulo sexto scribit:quondam centũ insignibus vrbibus insignita fuit. Ipsaqz prima remis ꝛ sagittis valuit.studiũ quoqz musicum ab ideis dactilis in ea ceptũ fuit. Capris copiosa est:Cruosqz agitat Lupos ꝛ Vulpes: aliasqz ferarũ noxia nusq̃ gignit. Serpens ibi nullus.nulla noctua ibi inuenit:ꝛ si inueniaꝫ statim emoritur. Sunt etiã qui dicant eam Cretã appellatã a tenaci terra:que Creta appellaꝫ:quia ibi melior comperitur:ꝛ fortassis sanior opinio. ¶ Sare obitus.

¶ Sara Abrae vxor anno a natiuitate Isaac filij sui.37°quũ annos centũ ꝛ vigintiseptẽ etatis haberet in Chanaã ciuitate Ebron defuncta est:ibidẽqz pmittẽtib⁹ Chananeis sepulta:sepulchrũ autẽ eius publice factũ fuit. Abraã emente agrũ siclis q̃dringẽtis:a quodã ciue Ephron nomine: vt patet Gen.xxiij°.ibidẽ quoqz Abraã sepulchra sibi ꝛ successorib⁹ suis delegit. Decẽ quippe annis Abraã vir suus eam p̃cedebat:sic ipse quãdo sibi ex illa p̃missus fuit filius:sicut ipsemet dixit: Si mihi annorum centum nascetur filios:ꝛ si Sara nonagenaria pariet:vt habetur Gen.18°.Exactis deinde tribus annis q̃dragenarij⁹ Isaac Rebecbã Bathuelis filiã q̃dragenariã duxit vxorẽ. Vt autẽ illã duceret,missus fuit seruus ab Abraã p̃ce in Mesopotamiã:vt patet Gen.24. ¶ Cethure nuptie.

¶ Abraã vero magnus ille pater Sara vxore defuncta adijciens Cethurã duxit vxorem:ex qua:vt premissum est:ꝛ filij sex nati sunt:viri quidẽ validi ꝛ sapiẽtia cauti: quos oẽs ab Isaac filio legiptimo separauit:ꝛ dona oĩbus prebuit. Hi oẽs Trogoditen ꝛ Phenicẽ atqz Arabiã apprehendẽrũt:videlicet inq̃tũ in mare Rubꝝ ptingit. De hac autẽ Cethura varie sunt doctoꝝ opiniones:vtrũ ipsa Agar an ella fuerit an alia. Hebrei Cethurã asserunt nomẽ fuisse appellatiuũ:qđ interpretaꝫ copulatã: quam Agar fuisse affirmãt:que de cõcubina post Sare mortẽ trãsiuit in coniugiũ:ne si senex aliã q̃ prius cognitã duceret:nouis nuptijs lasciuire videreꝫ. Vnde de eo diuus pater Augustin⁹ decimosexto de Ciuitate dei:cap.34.sic intulit dicens: Quod autẽ Abraã post mortem Sare Cethuram duxerit vxorẽ: absit a me vt incõtinentiam suspicer:p̃sertim illa iam etate:ꝛ in illa fidei sanctitate. Huius autẽ Cethure liberi a nomine libere se appellauere:ideſt Saraceni:qui primo(vt premissum est)Tragonitidẽ ꝛ Phenicẽ:atqz Arabiam:vsqz ad terminos Rubri maris possederunt.

¶ Apher autẽ(sicut Josephus in primo antiquitatum libro:capitulo vigesimotertio refert)ex his natus est:qui primo castra fixit in Lybia regione:quã posteri Aphricam ab illo dixere.

Aphrica

¶ Aphricana igit̃ regio ab Apher ꝺicto sic dicta plures in se cõtinet ꝓuincias:Occidẽtalẽ videlicet Ethiopie partẽ:Lybiã:Tripolim:Numidiã ꝛ Mauritaniã.Ethiopia preterea tres continet partes: quaꝝ pma Occidẽtalis mõtuosa est:qua ab Atlãtico mõte celsissimo ꝓtẽdit̃ vsqz in Egyptũ:cui⁹ media pars arenosa phibet̃.Tertia vero que Orientalis pene deserta est:ꝛ iter australẽ oceanũ ꝛ Nilũ flumẽ situaꝫ habẽs ab ortu mare rubꝝ.Dicta est Ethiopia a calore populoꝝ:q̃s solis vicinitas torret. cõtinetqz mõtuosos hoies garamãtes ꝛ trogoditas:de quibus Herodotus libro histo.4°.ꝛ post eũ Frãciscus petrarcha in sua aphrica multa cõmemorat. Hi Trogodite cursu cervos superãt:quorũ aliqui ꝓpter nimiũ feruorẽ maledicũt soli.alij serpentes comedũt.alij Leones ꝛ Pantheras venanꝫ.alij species canant ꝛ ibi habitãt:ignes ibi in nocte videnꝫ. Satyri quoqz apilos:Hamelcũ ꝛ Basiliscus:Camelli:Pardi ꝛ Bracones ibi inueniunꝫ. In Aphrica etiã fons est:cui⁹ aqua potata canoras reddit voces.

¶ Mineruã cantatissimã poetaꝝ oĩum mulierẽ:ẽm Augustinũ in primo libro de ciuitate dei:capitulo.8°.anno etatis Isaac quinquagesimooctauo apud Tritonidẽ lacum apparuisse dicit: ex cuius noie ꝛ ipsa postmodũ Tritonia appellata est. Hec etiã pallas dicitur a Pallante Thracie insula: vbi nutrita fuit:siue a Pallante gigãte quẽ iterfecit. Hec quippe Jouis ꝓmogenita fuit:que apud rudes Aphros: quũ multa ante nõ cognita repperijsset:nõ solũ Aphri sed ꝛ Greci eã absqz matre ex Jouis cerebro genitã credidere. que ideo:vt Augustinus inqt:Tanto ꝓclinius dea credita fuit:quãto eius origo minus innotuit. Ipsa enim primo lanificiũ oĩbus antea incognitũ adinuenit. Nã ostẽso quo ordine purgata lana:ꝛ dentibus ferreis pectinata:atqz colo filata:etiã textrinũ excogitauit officiũ:in cuius opificij laudẽ pugna illa insignis eiusdẽ ꝛ aragnes Colophone recitaꝫ. Vnde ꝛ lanifices postea fullones: tinctores:textricesqz puelle.teste Ouidio tertio Fastorũ libro: eius festũ religiose celebrare ceperunt.

Asum

Usum insuper olei eo vsq; mortalibus incognitū hec ipsa inuenit atq; docuit. Quod quidē quia multum vtilitatis atticis populis attulit ei aduersus Neptunū in nominādis a se Athenis attributa victoria fuit. Uoluntetiā ipsius fuisse opus: quū iam quadrigaz prima repperisset vsum: ferrūq; in arma arte cōuertere: armis corpus cōtegere: acie bellantiū ordinare: z leges oēs quib⁹ eatur in pugnā edocuisse. Id enim Ciceroni in tertio de natura deorū libro testatus est. et propterea a nōnullis Bellona vocata est: soror scilicet z Auriga Martis. Dicunt insuper eam numeros inuenisse: z in ordinē quem in hodiernū vsq; seruamus eduxisse. Ceterū eā tibias seu pastorales fistulas prima cōposuisse multi credunt. His enim ob tot cōpertis prodigijs deitatū largitrix antiquitas eidē sapientie numen attribuit. Et ideo Cicero vbi supra ait: Ipsa eadē sapientie dea: z artium oīum inuentrix dicitur. Tādem quum eius virtutis fama z numinis reuerētia longe lateq; diffusa fuisset tantū illi antiquorum error: vt per vniuersam fere terrā in eius honorē templa multa cōstruerētur z sacra celebrarent: coq; vsq; conscenderet: vt in Capitolio Romam penes Jouem patrem eidem cella dedicaretur. Huius autem templum millesios fuisse admirandū Herodotus historicus scribit: quod postmodū ab Aliate viro iniquissimo absumptum fuit.

Bellona

¶ Mineruas quinque fuisse inuenimus. Primā hanc Jouis filiā z Apollinis matrē. Secundam Nilo ortam: quā Egyptij Saleté dicunt. Tertiā ex Joue secundo natā. Quartā Joue tertio z Corsice Oceani filiā: quā Archades corion noiant quadrigaz inuentricē. Quintā Pallantis filiā: que patrē interemisse dicitur virginitatē suam violare volentē: cui pennaz talaria affigunt. Sūt tamē nōnulli gratissimi viri: qui asserūt nō huius prime Minerue: sed pluriū que dicta sunt fuisse comperta.

¶ Solem primū Jouis primi filiū: z Minerue predicte germanū: hac cadē tēpestate floruisse Tullius dicit. virū vtiq; insignē ac splendidū hominē: z ingentis regijq; animi preclarū. Quem ob ingentes: vt aliquo modo noīe generoso nobilitarent eū tam claro noīe declararunt. Putabant enim veteres a Nembroth gigante seducti primā rerū causam ignem esse: z propterea illi nobilius nomen sole dare nō poterant. Seu q; eū celestē putarēt hoiem seu dominū e celo venisse ratione ꝓfunditatis ingenij: seu quia illi naturā igneā viderent more ignis semp ad alta tendentē. Sunt tamē qui volūt hūc Apim eius fratrē fuisse: eo q; loco Solis ab egyptijs cultus fuerit. sed certe alius fuit ab Api.

¶ Diana prima huius solis soror: z Jouis primi filia: z ipsa tēpestate hac in precio fuit. de qua Tullius vbi de natura deorū scribit multa cōmemorat: z dicit eam nō Jouis filiā: sed ascriptitiam fuisse. Hanc tamen eam nō esse dicunt: quam poete insignē virginitate perpetua voluere: quū legatur hanc ex Mercurio Liberi: Proserpine filio pinnatum concepisse cupidinem.

¶ Turimachus Thalesionis regis filius: sextus Sicyonioz rex: anno quinquagesimosexto natiuitatis Jsaac Sicyonijs regnare cepit: z regnauit annis quadragintaquinque.

¶ Argiuorum regni exordium.

INachus oceani z terre (vt aiunt) filius: testibus Augustino z Eusebio: sexagesimo a natiuitate Jsaac anno: apud agros in Thessalia primus regnare cepit: z regnauit annis quinquaginta: a quo Jnachus Achaie grandis fluuius nomē accepit: qui z Argolicū: vt Pomponi⁹ ait persecat tractū. Hic duos post se reliquit filios: videlicet Jsidem: postea Egypti Reginā: z Phoroneum eius successorem. id vero regnū duranit annis 544. 5855 3314

¶ Argos itaq; ab vrbe nomē accepit: z ab ea vniuersa ꝓuincia que Argos Thessalia siue pelasgia nuncupat: z eam Homerus Argos pelasgicū nominat. Eum enim Plyni⁹ li⁹ 4⁹ naturalis historie a Phoroneo ipsius Jnachi filio z successorē cōditū fuisse dicit. De quo Lucan⁹ in. 6⁹. Ubi nobile quondam: nūc sup agros arant. Aliud vero Argos est in Attica non longe ab Athenis. Et aliud est: teste etiā Plynio li⁹ 4⁹ in Achaia Hippū cognominatū: supra locū Lerne: a mari octo milibus passuū distans. a quo regiuncula Argos: idest parua regio. Et ab ipso Argos greci ipsi arginī cognoiati sunt.

¶ Balchus qui z Xerses sextus Assyrioz Rex: anno sexagesimoprimo vite Jsaac Assyrijs regnare cepit: z regnauit annis triginta.

IAcob autē Patriarcha vir quidē sanctissimus: ex Jsaac natus: z ipse post annū vite sue nonagesimū Joseph ex Rachel vxore genuit filiuz: vt habet Beñ. trigesimo. quo nato supuixit annis quinquaginta sex: z tandē in Egypto mortuus est. Hic est ille Patriarcha vir sanctissimus de quo Jesus filius Syrach laudādo protulit dicens: Benedictionē oīum gentiū dedit illi: z testamentū suum cōfirmauit super caput Jacob. Cognouit illū in benedictionibus suis: z dedit illi hereditatē: z diuisit ei partē in tribubus duodecim: z cōseruauit illi Joseph virum misericordie inuenire gratiā in conspectu omnis carnis. Hic itaq; Jacob surrepta benedictione Esau fratris sui senioris: quum pro vxore ducenda Mesopotamiā profectus fuisset quattuor vxores sortitus est. Non ex libidine quidē: sed quū vna pro altera ei ab auunculo supponeretur: suppositā quidē quontiā ea innocenter vsus fuerat: ne ipsam ludibrio habuisse videret in vxorē duxit. Et qui alex nondum prohibebat: quin plures vxores multiplicande posteritatis causa haberi possent. Jacob accepit illam: cui vni coniugij futuri spem fecerat: que scilicet Rachel quum sterilis esset ancillam suā: de qua filios susciperet marito contradidit. Quo ? z Lya eius soror quānis multos peperisset filios: quoniam prolem cupiebat multiplicare similiter effecit. Fuerunt igit̄ huic Jacob vxores quattuor: Lya videlicet z Rachel. 1854 3348

sorores: Bala ac Zelpha: non quidẽ ancille: sed subdite. e quibus duodecim genuit filios: ex Lya natu maiore sex suscepit. quorum nomina sunt hec.

Judam a quo regia tribus descendit: et deinceps dominus noster Jesus christus.
Ruben qui perdidit primogenita.
Symeon et Leui: a quo Leuitaꝝ genus.
Jsachar
Zabulon et Dina a Sichen stupr̃ata.

Ex Rachel autem Joseph et Beniamin.
Ex Bala Dan et Nephthalim.
Ex Zelpha Asser et Gath.
Et hi omnes fuerunt Patriarche: qui quũ vendidissent Joseph fratrẽ suũ: tandem in Egyptum sub ditione sua venientes: omnes ibidem feliciter cum eo cõmanentes: et ipsi mortui sunt. quoꝝ corpora posteri in Ebron reportantes sepelierunt.

3375 1824 ¶ Armamitres septimus Assyrioꝝ Rex: primo et trigesimo anno etatis Jacob post Xersen seu Baleum Assyrijs regnare cepit: et regnauit annis .38. Quo regnante incipiente locutus est dñs ad Jsaac patrẽ Jacob: ipsiqꝫ eadẽ que patri duo illa promiserat pollicitus est: scilicet dare terrã Chanaã: idest indeam semini suo: ac deinde in eius semine benedictionem omnium gentiũ: Gen. 26.

¶ Phoroneus inachi Argiuoꝝ regis filius: vt Eusebius scribit: anno etatis Jacob quinquagesimo patre defuncto Argiuis regnare cepit: et regnauit annis sexaginta. homo sane insignis et sapiẽtia illustriaqꝫ cõspicuus. Qui (vt diuus pater Aug. decimooctauo de ciuitate dei: capº 3º scribit) Primus Grecie leges dedit: et sub iudice causas agi instituit. et propterea iuris ciuilis periti dicũt cum locũ: quẽ forum dicimus: in quo scilicet iura reddunt̃ ab eo forũ denominari. Huic Lactantius dicit Junoni primũ sacrificasse. Eius autẽ filios Egyalcũ atqꝫ Phoben fuisse Eusebius dicit.

3394 1805 ¶ Phegoeus Phoronei ipsius germanus: vir quidẽ doctissimus: et ipse tẽpestate hac floruit: qui: vt Augustinus refert: tẽpora per menses et annos et numeros obseruare docuit: et ad deos colẽdos sacella et aras primus instituit atqꝫ inuenit: vnde et post obitũ eius predictorũ cõsideratione tanqꝫ deus veneratus est. et ad eius tumulũ confestim templum cõstructum fuit.

¶ Jsis cui antea io nomẽ fuit: Jnachi regis filia: et Phoronei soror: his tẽporibus nõ solũ ob regiam dignitatẽ adeptã: sed etiã ob multarũ virtutũ prestantiã insignis habita fuit: propter qõ Egyptiorum sanctissimũ et venerabile numen fuit. Hec enim quũ Jnachi regis vnica femina esset: a Jove secundo virgo cõpressa fuit: que ob p̃zis metũ impulsa acceptis quibusdã amicis suis nauẽ cõscẽdit: cui vacca insigne erat: et prospero vento ex Achaia in Egyptũ transfretauit: et ibidẽ desiderio suo satisfaciens cõstitit. ibiqꝫ quũ cõperisset rudes et inertes populos humanaꝝ rerũ omnino ignaros: ac bestiaruꝫ ritu viuentes regnoꝝ cupidine agitata nõ absqꝫ magno labore et industria illos primum terras colere docuit: cultasqꝫ semina cõmittere: et tandẽ fruges collectas in panẽ cõficere. insuper vagos homines et semi siluestres in vnũ reduxit: quibus legibus datis ciuili more viuere docuit. Et qõ longe prestãtius fuit litteras idiomati cõuenientes caracteribus adinuenit: et eas eisdẽ docuit. Que cũ mirabilia insuetis et indoctis hominibus visa fuissent. Eam nõ ex Grecia venisse dixerũt: sed e celo lapsam crediderunt: et propterea diuinos honores statim instituerunt. Sed ea mortua etiã diabolo fallente in tantã veneratiõnẽ euasit: vt non solum apud Egyptios singulis annis sacra instituerent̃: sed etiã apud Romanos atqꝫ alios multos tẽpla pregrãdia illi cõstruerentur. Huius autẽ preclare mulieris Apis vir fuit: qui cũ eadẽ insidie multis annis (vt suo loco dicemus) imperauit. Sunt tamẽ qui dicant huic Jsidi Theglonum quendã fuisse virũ: et ex ea suscepisse Epaphum: qui Egyptijs postea regnauit. Hec ea enim veteres poete finxere multa: que ad historiam dicere non attinet.

3400 1799 ¶ Ceres prima Celi filia secunda: his tẽporibus apud Siculos veniens maximo in p̃cio fuit. Hec quippe quũ Sicano siculoꝝ Regi cõiugio copulata fuisset: ibidẽ tanto ingenio valuit: vt et ipsa quum agrorũ excogitasset cultũ: prima apud Siculos boues domuit: et iugo assuescere docuit: et aratro adiuncto cum vomere terrã sulcis proscidit: et semina tradidit: que cũ in segetẽ exercuissent collectis spicis flabellis separare et molis terre ac panẽ cõficere docuit: quũ antea homines glandibus et pomis siluestrib⁹ sustẽtarẽtur. ob qõ meritũ quum mortalis femina esset eam deam frugũ arbitrati sunt: et eam diuinis honoribus extulere. Huic autẽ vnica filia nomine proserpina ex Jove secũdo fratre fuit. Que quum ab Orcho molossorum Rege rapta fuisset eam mater maxima maris perturbatione diu quesiuit: que res maximã fabulatoris occasionem prebuit.

¶ Altera quoqꝫ Ceres apud Eleusim Attice regionis ciuitatẽ fuit ciusdẽ meriti apud suos clara: cui Triptolemus postea obsequosus: vt mox dicet extitit. Ambe qppe deitatibus et honorib⁹ extulere.

3408 1791 ¶ Bolocus octauus Assyrioꝝ Rex: anno etatis Jacob. 64. fm Eusebiũ Assyrijs regnare cepit: et regnauit annis. 35.

¶ Thessaloꝝ regni principium.

Thessalus Creti Regis filius: vt Eusebius refert: anno etatis Jacob. 64. in Thessalia regnare cepit: que prius teste Plynio quarto naturalis historie libro Emonia dicebat̃: et ab ipso postea Thessalia appellata fuit. Ea quippe Grecie regio est: que sub attica comprehendebatur: que (vt fama est) lacus olim fuit a mõtibus vndiqꝫ cõclusus. ipsa enim (vt Herodotus scribit) ab oriẽte Pelion montẽ habet: et coniunctos colles a septẽtrione Olympum: ab occidente Pyndum: a meridie Othrym: in quorũ media cõcauitate Thessalia ipsa concluditur: per quam quinque principales fluuios

fluuios decurrere dixit: videlicet Peneū: Apidanum: Enochonū: Eniphcum: ⁊ Parmisum: qui postea in vnum iuncti per vnicū tantum transitū in mare decurrunt. Et solius penei nomen detinet.

¶ Jacob patriarcha hoc anno primogenitus a fratre suo Esau emptis surreptaq; eius benedictione iuxta matris consiliū in Mesopotamiam Syrie ad auunculum suū Laban ex Chananea descēdit: vt patet Gen. vigesimooctauo: a quo libentissime susceptus gregi suo prefecit: pro cuius gdē mercede Rachel filie sue nuptias expostulauit. Cui Laban puelle nuptias cum gaudio repromisit: ⁊ septem annos ministrare compromisit. Tēporeq; trāsacto poposcit Jacob nuptias: cui Laban annuēs: dum nox supercuisset Jacob ignorante alteram filiarum nomine Lyam ei collocauit seniorem quidem ⁊ aspectu decoram. Qui mane deprehendens Jacob de iniustitia apud socerum cōquestus est. Qui necessitati veniam expostulans amantem Rachel post septem alios seruitutis annos repromisit: quibus annis preteritis ipsam optatam Rachel vxorem accepit: ex quibus duabus octo genuit filios legiptimos: ⁊ ex ancillis quattuor. 20. annis. 1779 3420

¶ Ruben Jacob primogenitus: hoc anno qui est octuagesimusquartus vite Jacob in Mesopotamia Syrie ex Lya vxore primo nascitur. 1771 3428

¶ Diluuiū particulare permaximū: anno etatis Jacob primo ⁊ nonagesimo fm Orosiū in Achaia terra attica fuit: quo tempore in loco regnabat Ogiges rex. 3435 1764

¶ Eleusis ciuitas eodem anno in insula Thera sub Euboe iuxta Atticā terrā haud longe ab Athenis ab eodem Ogige rege condita fuit: a qua postea tota insula Eleusina vocata fuit. nunc autē prorsus deserta habetur.

¶ Triptolomus autē Rex Eleusi siue Celoi ⁊ Mesaline filius: ea in vrbe haud multo post natus est: ad quē quū Ceres querēs proserpinā filiā deuenisset: ⁊ cū in cunis dormiente patre ⁊ matre inuenisset: vltro se altricē infantulo obtulit: atq; cum gremio sustulit illa suo arreptoq; eo ter manu mulsit ac tria carmina: vt Ouidius ait: Volensq; Ceres parulū immortalē facere: interdū lacte diuino nutriebat: noctuq; clam igne obruebat: atq; ita preter naturā puer crescebat. Quod quū miraret pater clam nocturno tempore obseruauit quid in puerū nutrix ageret: ⁊ quū vidisset cum igne obrui exclamauit dicens: Quid agis? mēbraq; ab igne rapit. cui dea: Dum non vis inquit scelerata fuisti: Irrita materno sunt mea dona metu: Iste quidē mortalis erit: sed primus arabit: Et seret ⁊ culta premia tollet humo. Ei quippe scilicet Triptolomo Ceres tria hec beneficia contulit. Hic igit cū tēpore ingentis penurie a concursu populi patre Eleusio occiso: quia percunt fame: plebe filiū abunde aluisset aufugit ⁊ longa nauī: cuius serpens erat insigne ad exteras gentes abijt: ibiq; frumenti copia quesita in patriā redijt: ex qua Celo seu Lynceo pulso in regnū paternum restitutus est: ⁊ nō solū restitutus: alimenta restituit subditis: sed etiam facto aratro illos docuit terram colere: ex quo Cereris alumnus dictus est. Eam ob rem dicunt eum in partibus atticis vsum frugum primum adinuenisse.

¶ Joseph vir castissimus atq; humillimus: anno primo ⁊ nonagesimo etatis patris sui Jacob: ex Rachel vxore Laban filia in Mesopotamia Syrie finitis quattuordecim annis quibus pater suus Jacob pro vxorib⁹ suis seruierat natus est. Quibus expletis Laban socer suus fedus cū eo pepigit: q; quicqd varijū in grege sui nasceret: id merces sua esset. Quāobrē Jacob virgas virides tulit. s. populeas: amigdalinas: ⁊ platanninas: ēs per loca decorticans in aquaz canalib⁹ in ipso coitus seruore ante conspectū oniū posuit: vt sic tales cōciperent fetus: quales ymbras ascendentiū arietū in aq̄rū speculo videbant. vt autē oēs fetus varij coloris fierent: ⁊ ne dolus deprehenderet in vetno conceptu virgas ponebat: in secotina vero ad mixtura non ponebat: hec vero habentur Gen. 30. Hāc ob rē commotor dixit Jacob nouā scrophā cōmentatū fuisse: qua naturā arte quadā naturali pugnaret.

Joseph itaq; hic patriarcha castissimus ⁊ desiderioz vir: ⁊ ipse in toto centuz ⁊ decē annis vixit: ⁊ in Egypto ex Aseneeh filia Putifaris sacerdotis vxore duos genuit filios: Manasen scilicet ⁊ Effraim. Hic ab adolescentia quū forma pulcherrimus haberet: atq; animi virtute ⁊ sapientia alios fratres precelleret: pater eum amplius alijs filijs diligebat. Cui sue patris dilectio sine somnia maximū fratrū cōcitauit odiū. Nā quum duas visiones vidisset: ⁊ patri: fratribusq; cunctis retulisset: multā in se cōflauit inuidiā. Quā ob causam quitodecimo etatis sue anno a fratribus in Egypto vēditus est. indeq; vite sue triginta annis exactis coram Pharaone stetit: ⁊ eius somnia interpretas: p̄nunciauit septē annos vbertatis futuros: quoz quidē abundantiā significabat: septem vero alij sequētes anni steriles cōsumpturi erant. Et ppter hoc Rex eū e carceribus liberauit: in quibusdā eum cōfecerat integritas castitatis: ipsumq; Egypto preficiens per annos octoginta purpura vestitus: ⁊ corona coronatus in curru aureo icedere fecit: ⁊ quū virtute omni admirabilis esset: oia ratione disponebat: ⁊ potestate cōcessa oibus in rebus humiliter vtebat: que res huiusmodi felicitatis apud Egyptios causa fuit. Hunc autē Joseph quū pater suus Jacob oēs filios suos benedictionib⁹ suis benediceret: vt habet Gen. 49. maximis preconijs premulit: quia malorū memoriā circa fratres suos non habuisset: sed potius in eis benignissimus fuerit: ⁊ bona pro malis cōtulerit: dixit filius accrescens Joseph decorus aspectu: filie discurrerunt per murū: exasperauerunt eum: ⁊ iurgiati sunt: inuiderunt q; illi habētes iacula: dedit in fortī arcus eius: ⁊ dissoluta sunt vincula brachiorum eius per manus potentis Jacob. inde pastor egressus est lapis israel. Deus p̄tis tui erit adiutor tuus: ⁊ oipo-

tens benedicet tibi benedictionibus ecli desuper: & benedictionibus abyssi iacens deorsum: benedictionibus vberũ & vulue. Benedictiones patris tui cõfortare sunt benedictionibus patrũ eius: donec veniret desideriũ collũ eternorũ. Fiant ingt in capite Ioseph: & in vertice Nazareth inter fratres suos. hec ille: Ioseph itaq; postq; in Egypto octoginta annis ita regnasset: cõpletis centũ & decẽ annis in Egypto mortuus est. Ossa vero eius nouissime quãdo hebrei egressi sunt ex Egypto in Chananeã. hoc est iudeam reportauerunt. sic enim eos adiurauerat Ioseph quando mori debuerat.

3435 1764 ¶ Adelaphus nonus Sicyonior Rex: anno primo etatis Ioseph Sicyonijs regnare cepit: & regnauit ẽm Eusebiũ annis quadraginta septem.

¶ Balcus nonus Assyriorũ Rex: & ipse decimo anno vite Ioseph Assyrijs regnare cepit: & regnauit ẽm Eusebium annis. 52.

3445 1654 ¶ Juppiter secũdus Celi seu Celij nonus filius: his tẽporibus apud Archadiã vbi natus erat ob ingẽtia facinora clarus fuit. cuius gesta nõ certũ habeẽ: an sua an potius primi vel tertij fuerunt Jouis. eius tamen hoc gestũ fuisse traditur: q; Lychaonẽ archadum regẽ in prelio vicit: & regno priuauit: eo q; humana corpora in conuiuijs ministrabat. Quãobrem ipse de iniquo & pessimo Rege vltionẽ sumpsit: & ob hoc primũ apud suos Juppiter vocari ceptus est. Sunt tamen qui dicant id gestũ fuisse a Lysania primo Joue. indeq; ex Archadia Athenas digressus maximo in honoris culmine habit9 fuit: eo q; aduersus Celũ: qui Latonã stuprauerat: ingens habuerit bellũ. quo superato maxima cum gloria Athenas redierit: vbi Joui primo bonẽ imolauit: & multa ad laudabilem Ciuitatem spectãtia apud eos instituit. Quibus ex causis Juppiter cõmuni oĩum consensu vocatus est. Hic tamen tempus nullus historicus prefixum apponere presumpsit. licet nos huic loco ipsum apposuerimus. Quindecim enim filios hunc genuisse constat: quor9 prima Diana: secũdus Apollo: tertius Titus: quartus Bacchus: quitus Amphion: sextus Cetbus: septimus Calatus: octaua Pasythea: nona Egyales: decima Euphrosine: vndecimus Lacedemon: duodecimus Tantalus: tertiusdecim9 Hercules: quartadecima Minerua: quintusdecimus & vltimus Archas.

¶ Vulcanum primum huius Jouis fratrẽ: hac tẽpestate floruisse dicit: licet Eusebius noster tẽpore Isaac cum fuisse dicat. De quo nil aliud habemus: nisi q; ex Minerua neptis sua predicti Jouis filia Apollinẽ genuit primũ. Fuit enim hic ingens & inexhausti amoris vir. Tres enim Vulcanos fuisse legimus. Hunc primũ. secundũ Saturni filiũ: de quo latius dicetur. tertiũ vero Nili filium.

1740 3459 ¶ Apis qui & Osirim Egyptij dicunt: quartus Argiuor Rex: decimoseptimo anno vite Ioseph post patrem Argiuis regnare cepit: & regnauit annis quinque & triginta. Hic apis Jouis ex Niobe Phoronei filia filius fuit: qui cũ Phoroneo auo in regno successisset: & per quinque & triginta annos imperasset: Egialum fratrẽ in regno preficisset: & ipse cupiditate glorie & amplioris regni captus ad Egyptios transfretauit: & obtento regno ibidẽ Isidem regnantẽ virginem in achi olim filiam matrimonio sibi copulauit. Qui & ipse: sicut vxor Isis: quum rudes homines multa docuisset: & potissime vini vsus loco dei haberi ceptus est. dicente Tibullo.

Primus aratra manu sollerti fecit osiris: — Pomaq; nõ notis legit ab arboribus
Et teneram ferro sollicitauit humum — Hic docuit teneram palis adiungere vitem
Prius inexperte commisit semina terre — Hic viridem dura cedere falce comam.

Et alia multa que idẽ de Api prosequit. Sed randẽ reste Seneca libro: quẽ de sacris Egyptiorũ composuit a Typheo fratre occisus atq; membratim discerptus fuit: diuq; ab Iside vxore queritur. & postremo inuentus in maximos prorupit luctus: atq; ita Egyptijs ob mariti membra cõperta placata est: & locus vbi ea inuenerat grece phyalas dixit: qõ latine amicas dicimus. Et cõfestim ad sepeliendũ se accinxit locumq; cõperit & elegit pro illius sepultura tutiss. mũ: & difficillimi transitus: hoc est insulam Taron qui inaccessibilis interpretat: eo q; sit in palude intra mẽphim limosa. in eo quippe loco illũ sepeliuit: & paludẽ stygem hoc est merore vocari voluit. Nec ad illã insulã quibuis accedere posse statuit: nisi certis diebus & quibusdã initiatis. Sigs forte ea in palude deperisset: nec cadauer reperiri posset. Multis quippe annis egyptij quedã sacra officia ei exoluebant. Sed quũ deinde eisdẽ egyptij apparere copisset bos instar nouinis putarũt illũ Osirim esse: & vt deũ adorare ceperũt. Et comutato nõe illum Apim vocarunt: hoc est bonẽ. Sic enim bos egyptiorũ lingua Apis nuncupat. Hã teste Plynio octauo naturalis historie. Bos insignis ex improuiso illis apparet: quẽ certo detinent tẽpore & adorãt. Et vt nõnulli ferunt per annũ illũ detinere cõsueuerunt: alij per decẽnũ dixerunt. Deinde referẽtib9 quibusdã auctoribus & ꝑmaxime Plynio vbi supra statuto die sacerdotes illũ in sacro fonte summergunt. Quo extincto: mox alter non sine publico luctu querit: & donec aliũ inuenerint ad instar Isidis merẽt: sed nõ diu quierit. quẽ cõpertũ centũ antistites Memphim cũ puerorũ gregib9 populoq; & omni musicorũ genere prosequunt. dicente Tibullo: Te canit atq; suũ pubes mirat osirim: Barbara mẽphitẽ plangere docta bouẽ. Et Ouidius in. 8o methamor. Plangq; que satis quesitus osiris: Semp enim perdunt: semper & inueniunt: Quo sanc inuẽto populos mira applaudẽs leticia magna cũ voce salutat. Diodorus Siculus historiens varias & lõgas diuersarũ nationũ Osirisq; atq; Isidis. Theologias refert. quas siquis videre cupit apud illũ varijs in libris videre poterit. Hic autẽ Memphim vrbẽ dignissimã in egypto cõdidit. et alia multa: que enarrare lõgũ esset. Hic apud egyptios tãta veneratione habitus

habitus fuit: vt siquis post mortẽ illũ hominẽ fuisse dicere presumpsisset ex instituto publico capite puniri decreuerũt: & ob id in quibuscũq; tẽplis erat eius simulacrũ digito labijs impresso: qui admonebat silentiũ. Huius preterea bouis: quẽ serapim arbitrabantur egyptij caput indei delirantes in cremo loco dei coluerũt. Venerabatur ꝑterea apud Alexandriam egypti mirabili cultu. illumq; Apim arbitrabantur solem.

¶ Rhodos vrbs a qua insula Rhodus nomen accepit: bis tẽporibus fm Eusebiuꝫ a Thelchinis & carijcadibus a phoroneo argiuoꝝ rege iam diu deuictis in ipsa Rhodo lycie in insula condita est. De qua Pomponius sic refert: ꝙ dum vrbis fundaméta foderent rhose capulũ fuisse inuentũ dicit: a quo ciuitas & insula cognominant. Rhodos enim grece latine dicit rhosa prius tamẽ insula opbnisa dicta fuit: deinde stadia: & postea Thelchines (vt diximus) eo ꝙ thelchines vrbẽ ibidẽ cõdiderunt: & insulam incoluerũt. Quos nõnulli maleficos & fascinatores fuisse tradũt tanꝙ stygiã aquam stirpibus & animalibus perniciei gratia inspargerent. Alij tamen econtra dixere Thelchines eximios artifices primosq; ferri & eris in Asiam fabricã inuenisse: quos ex creta in Rhodũ profectos vicini per inuidiã fascinatores perdiderint: post Thelchines cliades insulã tenuere: quoꝝ posteri lyndũ ac talissum cõdiderũt: poete huius insule dignitatẽ & antiquitatẽ astruentes fabulã cõfinxerũt dicentes aurũ in ea pluisse: quũ pallas in Jouis capite nasceret. Hec quippe insula nongentorũ stadiorũ ambitu continetur. In orientali promontorio sita: que & portubus & vijs & menib⁹ olim sicut & nunc ceteras Asie vrbes superauit Romanis a grecis semp amica: que quũ libera esset multis & donis & simulacbris excellentissimis claruit: precipua vero fama Colossi extitit. statuã enim illã alij Jouis: alij Solis fuisse tradunt: quã cares Lyndus: vt suo loco dicemus: decies septenũ cubitũ altam ex ere edidit. Multa quippe hec Rhodus ciuitas per ciuilia Romanoꝝ bella perpessa fuit damna: nec sub grecorũ imperio calamitatibus caruit. Sed postꝙ Saraceni Egyptũ & Syriam: Turci vero Asiã obtinuere longe maioribus cladibus subiecta fuit: & aliquãdo Venetoꝝ iugũ: aliquandoq; alioꝝ christianorum pertulit. neq; vllo pacto Turcoꝝ viribus restitisset nisi religiosi milites qui beato Joanni dicati sunt insule curam suscepissent: de qbus infra libro tertiodecimo latius dicemus. Ex hac insula multi illustres viri prodierunt: & iperatores atq; pugiles. E quibus Panetij philosophi progenitores fuere: & alij multi. 1740 3459

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Apollo medicus Vulcani & Minerue prime filius: bis temporibus Eusebio testante Phocensibus & delijs clarus babitus est. Qui medicine artis repertor: & herbaꝝ virtũ primus cognitor fuit: dicente ipso ad virginẽ Daphnem apud Ouidium libro metamorphoseos: Primo inuẽtum medicina meũ est: opiferq; per orbẽ: Dicor & herbaꝝ subiecta potentia nobis. Quanꝙ Plynius libro septimo naturalis bistorie: Chironẽ quendã eius artis inuẽtorem dixerit. Hic autem Apollo phitonis & sapiẽtie deus a poetis appellatus est: qui & Phitonẽ serpentẽ: qui matrẽ latonam persecutus fuerat sagittis confecit. accipitur etiã pro sole: quia sicut in claritate solis habetur: sic iste in cognitione medicine tantam claritatem solus obtinuit.

¶ Chiron medicus iustissimus atq; sapientissimus: vir Centauroꝝ ductor: nutritorq; Esculapij: & magni doctor Achillis. bisdẽ tẽporibus (vt nõnullis placet) multa bonitate & idustria clarus fuit: qui vt multi affirmant medicinã & herbaꝝ bonitates primus inuenit: qui postea antiqssimus fact⁹ Esculapiũ docuit & Achillẽ. Hic teste Orpheo cũ argonautis nauigauit: & illoꝝ iudex ac medicus fuisse dicitur. vbi & Achillem cithera pulsare docuit: tandẽ quũ Hercule hospitio suscepisset: & eius arma contractaret: sagitta e manibus cadẽs pedẽ leuũ vulnerauit. dicente Ouidio: Dumq; senex tractat squalentia tela venenis: Excidit: & leuo fixa sagitta pede. Sed vt dixit vlterius Ouidius illũ nunꝙ tali vulnere liberatũ: & post nonũ diẽ miseratione deoꝝ ne amplius dolore cruciaretur ad celos tractũ. vnde ait: Ipse etiã lectas pegaseis collib⁹ herbas: Temperat: & vana vulnera mulcet ope. Et infra subdit: Nona dies aderat cũ tu iustissime chiron: Bis septem stellis corpore cinctus eras.

¶ Veneré magnã Celi & diei (vt Cicero scribit) filiã: bisdẽ temporibus fuisse dicunt: licet alias tres fuisse idem Cicero de natura deorũ ostendat. sed banc primã & vulgatã affirmat extitisse: de quibus omnibus multa figmenta poete finxere. Hec igitur incomparabili oris decore & totius corporis splendore emicuit. Et propterea multi insanientes illam ipsam celi sydus dixerunt: quod venerem nuncupamus: & alij non terrestrẽ: sed celestẽ feminã ex Jouis gremio lapsam in terrã dixerũt: atq; multi eam obrem deam immortalem ipsam asserebant: cuius filium geminum amorem fuisse poete dixere: quem quidam Cupidinem nominauere. Et cum ex deabus gentilium veneranditissima habita esset: non solum apud Cyprios vbi enutrita erat: thure placata fuit: sed etiam mortuam & incestuosam seminam eo delectari odore existimabant ꝙ viuendo in prostibulorum voluptatibus vtebatur: & non solũ apud suos: sed etiam apud Romanos qui ei templum sub titulo Veneris virginis construxerant precipuis honoribus venerata fuit. Hec enim tribus viris nupsit: quibus mortuis cum iuuencula & formosissima haberetur: in tam grandem luxurie furorem venit: vt omnem decoris sui claritatem crebris fornicationibus maculauerit. Unde & prima (vt aiunt) meretricia publica adinuenit: & fornices instituit: & matronas inire compulit: quod quidem seclus execrabile apud Cyprios in consuetudinem quasi deductum est. Nam ijdem Cyprij banc consuetudinem seruare consueuere: vt virgines suas

ad littora mitterent: vt nauigantiũ vterent cõcubitu: ꝛ sic future castitatis sue libamẽta psoluisse vide rent veneri: ꝛ pro suis nuptijs quesiuisse dotes. ipsa enim vesta dicta fuit que apud Cyprũ viridariũ delitiosum atq; amenũ ad explendã libidinẽ suã cõstruxit. Multa de his trib⁹ Venerib⁹ dicunt: que brevitatis causa omittunt. Vide Joannẽ Bocaciũ Florẽtinũ in genealogijs deor. li. 3°. ꝛ. 4°. ꝛ nono ꝛ vndecimo: ac quinto multis in locis. ¶ Dynastia decimaoctaua hic incipit.

3475 1724 ¶ Dynastia Dynapolitaꝝ decimaoctaua: anno vite Joseph. 43°. Egyptius regnare cepta est: que ꝛ durauit annis trecentis quadragintasex: sub regib⁹ quindecim. quoꝝ ꝑmus Amasis: qui pulsa pasto rũ secta: que regnauerat in Egypto vndecim ꝛ quingẽtis annis. 25. oẽm regni possessionẽ ꝛ predam substulit: ꝛ eoꝝ nomẽ oino delevit. Huic autẽ successit secũdus Rex cui nomen erat Amenophis: qui ꝛ regnauit annis. 21. Tertius Ephres: annis. 12. Quart⁹ Adisphar Aduroſis: annis. 26. Quint⁹ Tu themosis: annis. 9. Sextus Amenoptes: annis. 31. Hic est quẽ quidã Memnonẽ putant: cuius statua vsqꝝ ad aduẽtũ Christi Sole oriente vocẽ dare dicebaẽ. Septimus Orus: annis. 38. Octauus Acce nedis: annis. 12. Nonus Achoris: annis. 9. Decimus Chneres: annis. 16. Undecim⁹ Acheres: an nis. 8. Duodecimus Cherres: annis. 15. Tertiusdecimus Armeus qui ꝛ Danaus: annis. 5. Quartus decimus Ramesis qui ꝛ Egypt⁹: a quo ꝓuincia nomẽ accepit: annis. 68. Quituſdecimus ꝛ vltimus Amenophis: annis. 40. His finitis decimanona Dynastia subsecuta est. 144. annorum.

catalogus regũ Aegyptiorũ

3482 1427 ¶ Theratus decimus Sicyonioꝝ Rex: quinquagesimo anno vite Joseph: ꝛ ipsius ioseph imperij vi gesimo anno: post Adesapum Regẽ Sicyonijs regnare cepit: ꝛ regnauit annis. 46.

¶ Sparta ciuitas que alio nomine Lacedemon appellatur: bis tẽpor⁹ Eusebio referẽte: a Spar to Phoronei filio cõdita est: a qua postmodũ regio ipsa etiã Lacedemonia nomen accepit. Verũ Ju stinus in tertio Epithomathũ libro alia de causa illam Spartã cognominatam fuisse dixit: vt infra loco alio dicemus. Lacedemon autẽ hec Lycaonie ciuitas: que scilicet Taygeto monti subijcit a La cedemone Jouis filio. que autem a Semelis filio eadem Sparta dicitur.

¶ Altadas decimus Assyrioꝝ Rex: post Baleum septimo ꝛ quinquagesimo vite Joseph Assyrijs regnare cepit: ꝛ regnauit annis triginta duobus.

3489 1720 ¶ Jacob Patriarcha sanctissimus: hoc ipso anno etatis sue centũ quadragintaseptẽ regnãtib⁹ pre dictis regibus de Christo ꝛ de vocatione gentiũ prophetizans in egypto diem obijt: cuius prophetia teste Vincentio historico: hec breviter fuit. De stirpe inquit Juda filij mei nasceꝫ virgo: stellã habens byssinã: vestemq; candidissimã: de qua nasceꝫ Agnus immaculatus: qui est agnus dei gratia saluãs oẽs: cuius regnũ erit in eternũ qõ non corrũpetur. Dominus deus magnus apparebit in terra: vt ho mo: corpusq; assumet: ꝛ comedet vt homo. Orietur astrum eius in celo: ac ipse resplẽdebit vt sol in ter ra. Celi super ipsum ꝛ ex templo glorie veniet ipsum sanctificatũ cũ voce paterna: ꝛ ipse effundet spi ritum gratie super vos: ꝛ eritis filij eius in veritate. Hic erit ex Leui sacerdos: ꝛ ex Juda Rex deus ꝛ homo mediator dei ꝛ hominum: qui oẽs tenebras de sub celo tollet: ꝛ erit pax in vniuersa terra. Vos vero deniq; impie agetis cõtra eum: ꝛ sacerdotũ princeps manus imponẽt super eum: ꝛ exterminabũt ꝛ interficient eum nescientes eius resurrectionẽ. Innocentisq; sanguinẽ recipietis super capita vestra ꝛ in passione altissimi petre scindentur: ꝛ sol extinguet: ꝛ cetera queq; turbabunt. Invisibiles spiritus cõtremiscent: ꝛ infernus spoliabitur. ipse vero paradisi portas reserabit: ꝛ stare faciet minantẽ gladiũ aduersus Adam: ꝛ dabit sanctis comedere de ligno vite: ꝛ Belial ligabitur ab ipso. Tunc videbitis Enoch: Noe: Sem: ꝛ Abraã: Isaac: ac me patrẽ vestrũ resurgẽtes a dextris in exultatione. Suisq; fi lijs potestatẽ dabit cõculcandi pernicios spiritus: ꝛ quotquot in eũ crediderũt in terra gaudebunt. Tunc oẽs resurgent: ꝛ bi quidẽ in gloria: impij vero ad ignominiã: atq; in primis israel iudicabit: qi nõ crediderũt ei: ꝛ cetera. Eo deniq; mortuo diebus triginta conditus aromatibus fuit. Indeq; cõce dente sibimet rege celebri pompa corpus a Joseph in Ebron delatũ in spelunca duplici multa cũ lar gitate sepelitur: vt patet Geneſis quadragesimonono. Tunc quippe Ethnicorũ mos erat nouẽ dieb⁹ incondita corpora seruare: in singulisq; diebus ea calida fouere aqua: ꝛ per interualla conclamare: vt siquis forte spiritus intercluſus esset clamoribus excitareꝫ. Condita vero quadraginta diebus serua banꝫ. Hebreis vero septem tantũmodo diebus incondita seruare cõſueuerant. Condita autẽ trigin ta. Hinc dici septimi ꝛ trigesimi apud nos obseruatio inoleuit: quã sacra obseruat ecclesia: sicut etiam habetur in Decretis. 13. q. 2ª. cap°. Quia alij.

vicesima

3600 1599 ¶ Prometheus Japheti filius: ex Asia Nympha cõiuge: his temporibus (testibus dino patre Au gustino) decimooctauo de ciuitate dei: ꝛ Eusebio in Archadia claruit. vir vtiq; acutissimi ingenij ꝛ spe cate peritie: qui homines incompositas ac rudes ad politiores moxes composuit: simulachra quoq; hominum primus de terra formauit: ꝛ arte quadam veluti spiritum habentia moueri fecit. hinc ꝛ fa bulationes multe conficte fuerunt. indẽ cum in altissimo Caucasi montis resideret ꝛ astrologiam di dicisset: eam prius Assyrijs docuit: insuper etiam ignem e silice primus eduxit: vt Plynius testatus est Usum preterea annuli scilicet ferrei primus inuenit: quem quarto digito in honorẽ cordialis vene por tari suasit. Tempore deinde procedẽte apud Romanos (vt Isidorus decimonono ethimologiarum libro: capitulo duodecimo refert) Statutũ emanauit: vt liberti ciuesq; aureo vterẽtur annulo: liberti ni argenteo: ꝛ serui ferreo tantũ. Fulminum deniq; rationẽ in Caucaso monte etiam deprehendisse

dicitur: propter quod ignē celestem illū furatū fuisse tradunt. Hunc sapientissimū virum diuus pater Augustinus libro de ciuitate dei: & post cū Rabanus & Luon Carnotensis: ac Ouidius & Horatius & Claudianus in panagerico suo: ac multi alij doctores miris extulerunt laudibus.

¶ Atlas & ipse Archadicus Promethei frater: seu vt alijs placet filius: & Maie pater. hac quoq; tē pestate vir excellētis vene & multe cōtemplationis clarus fuit: quippe astroꝝ cursum puigili studio cōprehēdit: & primus de astrologia inter grecos disseruit. ꝓpter qđ finxerunt fabule cum celum portare quāuis idem mons eius nomine nuncupetur: cuius altitudinē celi portationē in opinionem vulgi venisse videatur. Hic autē septem genuit filias nymphas appellatas: quarum hec nomina sunt. Prima Maia cuiusdam Mercurij mater: & Jouis tertij concubina. Secunda electra Dardani mater. Tertia Stenopex Martis cōcubina: & mater Parchon & Celben: que habita est perpetua virgo. Quinta Celene Neptuni concubina. Sexta Taycta vel taycton mater Tantali & Apollinis & Thessali & Lacedemon. Septima dicta est Pyrrha. Hec sorores septē ab insula Hesperida dicte sunt hesperides. Tres enim Atlantes fuisse dicunt: quorū primus hic archadicus creditur. alter Thessalus: ide Maurus fuit. tertius ille scilicet qui cum hespero fratre ad Mauros transfretauit.

¶ Atlas preterea Italus quartus fuit: qui vt vulgo fertur apud Fesulas Etrurie ciuitatē imperauit: quanto autē imperauit tēpore nō satis certū habemus: licet sint qui dicant ipsum hoc tempore regnasse. Ipse quippe septē genuit filias Plyades dictas: quarū prima dicta est Maia: altera Electra etiam alterius Dardani mater & Thcueri: de quibus Papias refert q; ex Latio Dardanius in phrygiam profectus fuit: vbi & Erictoniū genuit: qui pater fuit Troys: a quo postmodum Troia nomē accepit. et hinc colligitur q; Troiani ex italia primum duxere principia.

¶ Epimachus alter Promethei frater his temporibus fuit: de quo Ouidius meminit dicens: Hinc promethiades placidos epimatica dicis: Jubet. Hic genuit Pyrrhum: ex cuius stirpe Fastidia fuit: qui ex regina terra duodecim gigantes progenuit: viros vtiq; fortissimos: quorum nomina Typheus scilicet & Biareus & alij decem fuere.

¶ Hesperus autē alter Promethei frater: hoc anno mortuo Atlante germano italie rege in regnum successit. hic primo apud Hispaniā regnās a fratre expulsus in italiā venit: & ea loca vbi nūc italia est occupans Hesperiā a se noiauit. Unde Hesperus occidētalis stella etiā ab ipso Hespero cognominata fuit. Hic tres filias genuit: quas ab insula Hesperide vbi eas enutrire fecit Hesperides appellauit: quarū noia sunt Eglen: Erethusa: & Hespertusa: he a poetis amenissimū viridariū custodire cū vigili Dracone dicebant. in quo aurce arbores erant aurea poma tenentes: que teste Ouidio libro quarto Metamorpho. q; Themis predixerat: a quodā nato Jouis diripiēda esse: Hesperion pomariū montibus circūsepsit. sed tandē Hercules ad illa rapienda ab Euristeo missus occiso Dracone aurea mala tulit: Vicente Lucano libro nono: vbi de hoc orto plura locutus est: Abstulit arboribus precium memoriq; laboſ: Alcides passusq; inopes sine pōdere ramos: Rettulit argolico fulgētia poma tyrāno. 1589 3618

¶ Argus quintus Argiuoꝝ Rex: post Opim in Egyptū profectum anno quo Jacob mortuus est regnare cepit: & regnauit annis septuaginta. hunc centum oculos habuisse ferunt: ideſt cuncta vidisse sua incomparabili prudentia: sub quo & Calicias primum argus functus est sacerdotio. 1672 3527

¶ Plemeus vndecimus Sicyoniox Rex: post Ueratum Regem anno sexagesimooctauo vite Joseph Sicyonijs regnare cepit: & regnauit annis quadragintaocto.

¶ Danaus. xi. Assyrioꝝ Rex: Eralda Rege mortuo Assyrijs regnare cepit: & regnauit annis. 30. 1671 3528

¶ Exodus liber hic initium sumit.

Hebrei in Egypto sub seruitute fuerūt ſm Jsidorum. 144. Uerū ſm Augustinū. 145. Cum ergo mortuus esset Joseph Amenoptes quartus post Ephem Pharaonē cum alijs Egypti Pharaonibus populum Jsrael exosum habens propter ingenij magnitudinē: laborum industriam: operum affluentiam: ac sobolis eleganciam: callide cum opprimere & delere statuit: ne scilicet multiplicatus in ipsum consurgere posset. Quamobrem multimodas eidem operum angarias imponere curauit: vtpote lateres coquere: fossas purgare & lutū exportare: quibus oppressionibus ab vxoꝝ amplexibus cessarent: ac per hoc eius proles deficeret: & genus israelitarū exterminaret. Dum vero in his calamitatibus versarentur. Cōtingit vt quidam Scriba sacrorū presciꝰ futuroꝝ Pharaoni prenunciaret: vnum ex hebraicis mox nasciturū: qui Egyptioꝝ regnuꝫ humiliaret: & filios israel exaltaret: cuius virtus trascenderet vniuersos. Et propterea cōsuluit regi vt omnes hebreoꝝ infantes occideret. Uerū adhuc ipso populo magis ac magis multiplicante preceditRex obstetricibus: vt obstetricando hebreas mulieres: earū mares quoscunq; interficerent feminas vero seruarent: tanquā inualidum sexū: & ad Egyptioꝝ libidinē dedicatū. Sed & adhuc eodē populo crescente denuo mandauit: vt eorum nati in flumine proijcerentur: vt ita hebrei paulatim ad nihilū redigerent. Sed cōtra dei voluntatem nemo preualere potest. Quapropter tēpestate hac: hoc est anno octauo & vigesimo regni Amenophis puer quē ꝑdixerat ille sacerdos Scriba: scilicet Moyses & Amirā hebreo natus est: quē cū tribus mensibus absconditū pater tenuisset: videſ q; amplius eum celare non posset fiscellam scripeam sumpsit: & eam bitumine & pice liniuit. Intulq; infantem composuit: cumq; in careto ripe fluminis exposuit: & eius salutē deo reliquit. Et flumine quidem puerulum suscipiens deportabat. Maria autem 1658 3546

Ex Josepho lib 1 de antiq Iudaeorum cap 6

pueri sororꝛ matris iussu illũ sequebaꝫ a longe considerãs cuentũ rei. Tunc deus ostendit nõ humana prudentia: sed oia quecunqꝫ vult ipse fieri effectũ optimũ protinus adipisci: nec prevalere eos qui pro cautela sua alios condẽnare nituntur: vnde & hunc puerulũ inopinabiliter saluauit. Thamur itaqꝫ erat filia Pharaonis que dum circa fluminis littus cũ iuuenculis luderet: vidit illud vas a fluuio deportari: & statim p̃cepit suis illud sibi afferri. aperiensqꝫ fiscellã cõperit infantẽ elegantissimũ: de quo valde gauisa est. mãdauitqꝫ Thamur regis filia vt mulier adduceret: que mãmas filio preberet. Sed cum multe illi adducte fuissent: nullius mãmillas sugere voluit. Mariã autẽ eius sororꝛ: que cũ alijs ad videndũ astabat: ait Frustra o regina ad nutrimentũ huius infantis vocasti: que nullã ad eam cognationẽ habent: sed si vis adducã vnã hebreorꝛ mulierẽ a qua vbera excipiet. Cui dixit: vade. Illa autẽ cõfestim ad matrẽ reuertẽs: illã ad Reginã adduxit. Infans vero cuestigio ad matris vbera accessit. quo viso regina cũ ignoraret hanc esse infantis matrẽ: cũ supplicatione cõmisit ei infantis nutrimentũ: cui ꝑm rei cuentũ nomen imposuit Moysen: eo ꝙ de flumine fuerit saluatus. Aquã enim Egyptij Moy vocant: ses vero saluatus. Cõponẽtes itaqꝫ (vt Josephus ait) hec ex ambobus Moyses ei nomen imposuerũt: hoc est ex aqua saluatus. ipse enim ex stirpe Leui ortum habuit.

¶ Biçantiū que ⁊ Cōstantinopolis imperialis ciuitas a magno Constantino sic appellata: p id tēpus: vt Eusebio placet in grecia ex opposito Calcidonēsis agri: loco qdē optimo ⁊ munitissimo a pausania spartanoꝝ rege cōditionis sue initiū habuit: ⁊ quū parua admodū esset cā postmodū Cōstātinus magn⁹ Roma. pōtifici Siluestro relicta sibi diligēs structis fortissimis menib⁹ celsisq; ac crassissimis turrib⁹ a se Cōstātinopolim noīari voluit: quā etiā ei⁹ successores imperatores passim plurimis tū publicis edib⁹: tū p̄uatis ciuiū palatijs ⁊ qdē supbissimis exornare curarunt: ⁊ adeo vt exteri eo venientes vrbis splendorē admirati nō tā mortaliū q̄ celestiū cā domiciliū dixerint. Extāt. n. in ea p̄ter cetera magnificētissima edificia ⁊ sancte Sophie tēplū Justiniani opus toto orbe memorabile. Habet p̄terea hec ciuitas vndecim portas dignitatē ipsi⁹ pre se ferētes: quaꝝ noīa hec sunt: Aurea: pagea: sancti romani: carcasea: regia: caligaria: xyllina: bacinagona: phara: theodosa: ⁊ sylaca. Ipsaq; n. ꝓpter ipsius pulchritudinis splēdorē p̄isci nouā appellauere Romā: q̄ patriarcali sede: ac iperiali throno ab ipso Cāstātino redimita fuerit. Hec ꝓfecto tanto splēdore ac dignitate insignita est: qō: vt ita dixerim: totius orientis columē ⁊ vnicū grecie sapiētie domiciliū habita fuerit: vbi tria magna cōcilia Gratiano testante celebrata fuerunt: videlicet sub Theodosio seniore: sub Agathone papa: ⁊ sub Justiniano p̄cipe: vt habet in canone. 15 di. c. Sexta synodus. Eā quū turci diu exosam ꝓpter ei⁹ dignitatē habuissent anno salutis nr̄e. 1093. a Belçeto quodā eoꝝ p̄cipe cū ingēti turcoꝝ manu obsessa ⁊ capta fuit: vbi imperatore capto eū ꝓ vili mācipio diu captū tenuit. Indeq; Galli cū Venetis expulsis imperatorib⁹ p. 5. ⁊. 50. annos possedere. postmodū Paleologoꝝ clarissima familia Genuēsiū ope a Gallis ademit: ⁊ vsq; in annū dñi nr̄i Jesu xp̄i. 1453. glorioſissime possedit. Quo anno Mahumetus othomanus turcoꝝ p̄nceps eā cepit diripuitq; ac de ipsa tā p̄clara ciuitate que toti orbi leges dabat triūphauit: vbi ⁊ eius sacratissima tēpla spurcitie mahumetee dedicauit. Innumerabiles autē ex hac celeberrima vrbe in oi scientia atq; virtute p̄clarissimi exiere viri: inter quos: vt ex multis paucos recensēā: fuerunt: Joānes cognomēto Chrisostomus ipsius vrbis epūs: vir plane scientia ac virtute singularis: qui multa ad cōem fideliū vtilitatē edidit. Atticusq; etiā ipsi⁹ epūs: cui⁹ iter cetera ad reginas Arcbadij filias extat de virginitate liber. Senadi⁹ q̄z alter epūs ei⁹: vir lingua nitidus. Joāne cassianus diaconus: q p̄cipuos confecit libellos. Nouissim⁹ oiuz Emanuel chrisoloras phūs ⁊ orator eminētissimus extitit: q lr̄as grecas in italiā cū ingēti vtilitate rettulit: q̄ tā p septingētos annos apud nostros nō fuerant in vsu. Ex quo multi euasere clarissimi: de q⁹ locis suis infra accurate dicemus. ¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Archilogus poeta natione Lacedemonius: tēpestate hac ꝓ Cornelij nepotis sniā floruit: in quo vt Quitil. in li⁹ de arte oratoria refert: summa vis elocutiōis fuit: tū breues vibrantesq; snie plurimum sanguinis ac neruoꝝ. Hic iābicū versum in soceri sui vindictā p̄mus adinuenit dicente Horatio in poetria: Archilocū ꝓprio rabies armauit iābo: Hunc socci cepere pedē grādesq; coturni. Et ꝓpter impudicā ei⁹ lectionē a Lacedemonijs exilio dominat⁹ est: dicēte Ouidio in ibim: Utq; reptori nocuit pugnātes iābi: Sic sit in exiliū lingua ꝓterua tuū. Tandē ei⁹ exigentibus meritis intersectus est.

¶ Aristodemus musicus bis tpib⁹: vt Eusebi⁹ scribit: clarus fuit: vir p̄m Belliū in q̄rto noc. at. lr̄aꝝ vetex diligētissimus: q teste Cicerone: dixit aiam nil aliud esse q̄ armoniam.

¶ Alceus poeta Lyricus p hec etiā tpa p̄m Eusebiū in prccio fuit: hic patria Mitbilenus fuit dicēte Sapho poetrice: Hec plus alceus cōsors patrieq; lyreq; laudis bz q̄uis grādius ille sonet. ⁊ Horatius in. 2. car. Et te sonāte plenius aure alcee plectro. De isto etiā Herodotus in li⁹ 5⁹ histo. meminit.

¶ Alcidamus orator grecus per hoc q̄z tēpus: vt Cicero in primo tusculanaꝝ questionū scribit: clarus fuit: qui inter cetera mortis laudatione pulcherrime scripsit.

¶ Lesches qdā Lesbius poeta: bisdē q̄z tēporib⁹ floruit: qui post Homerꝝ primus Iliada fecit.

¶ Anthemenides similiter Mitbilenus poeta: ⁊ Alcei p̄dicti frater: ⁊ ipse cū eodē fratre floruit: quē Babilonioꝝ sociū alceus fuisse dixit: ⁊ magna certamina pro eis suscepisse: atq; eos magnis laboribus eripuisse viro pugnacissimo (⁊ vt inquit) regum luctatore peremptο.

¶ Nicephus grecus medicus: magicecq; artis peritissimus: ⁊ ipse hoc tēpore floruit: cuius multa me

¶ Constantinopolis Thracie vrbs. 663 4536

dicinalia ab eodem habentur scripta.

4542 654 AMon Manasse regis p̄dicti filius: decimusseptimus regum iuda. 419. regni Dauit: ⁊ tertio trigesime olympiadis anno post patrē suū quū etatis esset duox ⁊ viginti annox regnare cepit: ⁊ regnauit in hyerusalem ſm Eusebium ⁊ interpretes duodecim annis: sed ſm hebreos ⁊ Josephum duobus tantū. Hic dum patris eius opera imitarē: que scilicet in iuuētute sua p̄sumpserat dolum a suis in domo ꝓpria passus peremptus est: quo mortuo populus eius peremit interfectores: ⁊ cum eum patre suo sepelierunt. Eius autem gesta prima ⁊ nouissima scribuntur. 4. regū. ca°. 21°. ⁊. 2°. paralipomenon. 33.

¶ Phrygum sextus medox rex: anno tertio regni Amon Medis regnare cepit: ⁊ regnauit an. 24.

4554 645 IOsias Amon p̄dicti regis filius: decimusoctauus regni iuda. 1431. regni Dauid: ⁊ tertio trigesimetertie olympiadis anno regnū accipiens: regnauit in hyerusalē annis duobus ⁊ triginta. Hic octo annox habebat etatis quādo regnū adeptus est: qui etiā ea in tenella etate tante virtutis ⁊ sanctitatis extitit: vt oībus qui ante eū regibus ⁊ claris viris tanto excellere visus est: quāto vel sideribus ceteris sol: vel mare fluminibus cunctis. Quūq; ad duodecimū etatis peruenisset annum (vt Josephus scribit) nō laudibus: non iocis: aut voluptatibus intentus: vt supiores adolescētes reges facere cōsueuerant: sed doctrinā: pietatē: iustitiā: ⁊ beate viuendi normā ex lectiōe legis Moysi: atq; exēplo bonox regū sumēs oīa supiox regū mala opa veluti iam senior emendauit. Octauo sigdē regni sui anno: vt sacra quarti regū ⁊ secūdi paralipomenon hz historia: oēs ipsi⁹ regni ciuitates multis erroribꝫ labefactatas ab Idolox cultu ita purgauit: vt nullū idolatrie vestigiū in toto superesset regno. Et ne qd insup latēter remaneret vniuersas domos scrutari mandauit: sed ⁊ serpentē ereū a Moyse factū: cui populus superstitione idolox ductus imolabat cōminuit. Atq; in vnāq; causa adeo iustitiaz semp coluit tanq; aie sue medicinā: ⁊ oībus alijs in rebus ita gloriosus extitit: vt cū eo iudeox gloria fere orta simul ⁊ extincta visa fuerit: nā (testante Josepho) erat modestus: prudens: grauis: continēs: clemens: diuine legis scientissimus: manuq; fortis: ac aio maximo. Et adeo religionis amator: ⁊ legis emulator fuit: vt oīa sacerdotū falsorūq; ꝓphetax ossa e sepulchris erui ⁊ exuri mandauerit: hocq; modo purgata oī ꝓuincia ad hierosolymā oēm populū cōuocauit: ⁊ ad Āçimox festiuitatē q̄ pascha dicit̄ cos adduxit: vbi ⁊ pbasce maximū celebrauit: ⁊ adeo celebratissimū vt a diebꝫ iudicū tale in hyerusalē non sit factitatū. Et ꝓpterea Jesus filius Sirach laudando eū sic protulit dicens: Memoria Josie in cōpositione odoris est facta: ⁊ opus pigmētarij in oium ore q̄si mel indulcorātū: ⁊ velut musica in cōuiuio vini. Ipse diuinitus in penitentiā populi sui directus fuit: ⁊ cūctas impietatis abominationes abstulit preter Dauid (ingt) ⁊ Ezechiā atq; Josiā oēs reges iude peccatū cōmisserunt. Reliq vero reges Juda legē dei altissimi reliquerunt: deiq; timorē contēpserunt: suū quoq; regnū alijs dederunt: ⁊ gloriā suā aliene genti. Hec ille hic deniq; optimus rex nullo religionis: pietatis: humanitatis: benignitatisq; exēplo pretermisso cū rege Egypti in campo Magedon cōgressus: ab ipso iaculatꝫ in hyerusalē remeans ex eodē vulnere defunctus est: sepultusq; magnifice collachrymātibus oibꝫ suāq; vicē dolentibus in mausoleo patrū suox. Sed ⁊ Hieremias ꝓpheta ciuitatis vicē potius q̄ optimi regis mortē dolens carmē trenox lamentabili modulatione cōposuit dicens: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: ⁊c. Quibꝫ lamētationibꝫ postea cantores ⁊ cantatrices in exequijs mortuox vti cōsueuerūt. Tres autē filios post se reliquit: quox primus Eliachim qui ⁊ Jechonias fuit. secūs Zebaq qui ⁊ Selum. tertius Mathaman qui ⁊ Sedechias. Hec oīa ex quarto regū libro cap°. 22°. ⁊. 23°. ⁊ secundo paralipomenon capitulo. 34. ⁊. 35. habentur.

4557 642 ¶ Anchus martꝫ Numme regis ex filia nepos: q̄rtꝫ romanox rex: q̄rto Josie regni anno post Tullū hostiliū regnū accipiens: regnauit annis. 25. nā defuncto p̄dicto eius antecessore rege romanorum res ad interregnū redijt: qō quidē tēpus huic etiā applicar. Hic iraq; nulli supiox regū belli pacisq; artibꝫ ac gloria vnq; inferior fuit. Sed ⁊ Auentinū tumulūq; mōtes vrbi addidit: ⁊ pontē primꝫ tyberi adiecit. Carcerē quoq; primo ad terrorē crescentis audacie in media vrbe loco publico cōstruxit: Politoriū etiā latinox vrbē vi cepit ⁊ diripuit: oēm eius populū in Romanā vrbē introduxit. Osiam deniq; ciuitatē sextodecimo ab vrbe miliario supra mare cōstruxit. vbi ⁊ beata Monica diui patris Aug. mater vita decessit: tandem morbo coreptus vitam cum morte mutauit.

¶ Arsaces siue Ericates medox. 7. rex: hoc anno q est. 15. regni Josie annus Medis regnare cepit ⁊ regnauit ānis. 32. vir sane bello ⁊ pace clarissimꝫ: q̄ vtute Ninivē maximā ciuitatē oīno subuertit ⁊ delevit: inxta vbū Nau ⁊ Tobie ꝓphetax: vt pz Tobie. 14. c. q̄ deleta assyriox regnū penitꝫ cessauit.

4569 630 ¶ Helchias maximus Hebreox pōtifex: p hoc ipsum tēpus: vt sacra quarti regū libri habet historia: apud Hierusalē maximo in precio fuit: qui patrē habuit Seruz: qui fuit Sadoch: qui fuit Acharic: qui fuit Joiade: qui fuit alterius Zacharie: qui fuit Aebimaas filij Sadoch summi pōtificis: quē Salomon rex abiecto altero pontificem fecerat.

¶ Phaleris agrigentinus tyrānus: orator ⁊ declamator ornatissimus: tēpestate hac (vt Eusebio placet) floruit: cui cū quidā Perillus eris igeniosus artifex amicissimus esset: ex Athenis Agrigentū ad eū venit: vbi cognita hois seuitia: vt eidē placeret: ex ere tauꝝ artificiosissimū fabricauit: ⁊ in cꝫ latere tannā posuit: vt reus in eo inclusus subiectis ignibꝫ torqueret: atq; ita sonus vocis hois exclamantis

non gemitus

non gemitus bouis:sed bouis mugitus videret:pro quo inuento:quū munus ab eodem qui nouis tormentis delectabat:postulasse:illū intercludi iussit:t suppositis ignibus primus artificij sui verū prebuit experimentū:dicente Ouidio primo de arte amādi: Et phaleris tauro violēti mēbra perilli:Tor ruit infelix imbuit auctor opus. Et postea sequit: Nec enim lex equior vlla est:Quā necis artifices arte perire sua. Hec ipse Phaleris Athenienſibus de se pro illo cōquestis rescripsit. Alij tñ eū ante vrbē cōditā.64.annis fuisse dicūt. Extat.n.huius Phaleris adhuc celebres t graues epistole.

¶ Ostiā maritimā vrbē iter mare t tyberim cōstitutā:bis tēporib⁹ Anchus martij⁹ Romanor⁹ rex vt latio ꝓuincia condidit:loco scilicet vbi Eneas e Troia profugus primū castra cōstituit. Que cum diu ꝓpter lymū quē Tyberis fluui⁹ congregabat iportuosa stetisset:Claudi⁹ impator cidē portū maxima impēsa cōstruxit:vbi deinde Aurelianus impator ꝓpter ipsius portus cōmoditatē forum nois sui publicū cōstituit:t ingētia edificia ibidē erexit. Que cū postmodū a Sarracenis funditus fuisset eversa:Leo quartus pontifex instauratā Costis replenit. Et gegd edificioꝝ veteꝝ in ea fuerat: pter quandā turrim deletā est. Ea qppe multoꝝ sanctoꝝ reliquijs illustrata diu fuit:atq; diu etiā Domi ce matris sanctissimi doctoris Augustini vsq; ad Martini quinti pontificis tēpora sepulchrū extitit.

¶ Sadiates Arde regis filij⁹ filij Gigij:septimus Lydoꝝ rex.19°.regni Josie anno Lydis regnare cepit:t regnauit annis.15.de quo Herodotus in primo historiaꝝ meminit. Hic filiū nomine Alyatem genuit:qui eidem in regno postea successit. 626 4373

¶ Targnus priscus quintus Romanoꝝ rex:hoc anno qui est vigesimusseptimus regni Josie post Anchū martiū rex delect⁹:regnauit annis.37. Hic Demaratbū corinthū habuit patrē:a quo Lucumon ꝑmo vocatus fuit:sed iperio suscepto mutatū est nomē:t L.targnius dictus est: qui nō minus regni sui firmādi q̄ augēde reipublice memor centū patres t ipse elegit:quos etiam Senatores vocauit. Firmatoq; regno Apiolas latinoꝝ oppidū vi cepit:t in signū letitie Romanis cōfestim ludos instituit. Indeq; vrbē muris ampliauit:t capitoliū erexit:Sabinos rebellātes vicit: eisq; Collatiā ademit:belloq; in Sabinos pfecto omne latinorum nomē domuit:t cloacbas postea in vrbe fecit: prius nāq; cū patre suo thusciā oēm magnis ifignijt ornamētis:t inde triūphalia ornamēta:insigniaq; cōsularia:t simpliciter magistratuū decora in Romanā trāstulit vrbē. Necnō t virgas t scures:tubas sacroꝝq; ritus t musicā:q̄ Romani postmodū ad bellicas artes vtebant:ex Targnijs Thuscis Romā detulit:q; post multa strēnue gesta ab Ancbi filijs interfect⁹ est. ¶ Viri doctrinis excellētes.

¶ Pherecides Syrus natione:philosophus egregius: Pyttaci philosophi auditor:tēpestate istac in genio singulari ꝑditus agnoscit:q; ꝑmus apud grecos de natura t de dijs scripsit: ꝑmusq; Cicerone teste li°.scilicet tusculanaꝝ qōnū:boium aios sempiternos esse affirmauit:quin t teste L.aer.multa ꝑdixit:q̄ mirabilia videbant. hic etiā: Plynio teste li°.xij°.prosam oronē ꝑmus condidit. Fuitq; ꝑterea Pythagore philosophi ꝑceptor:t libras multas Thaleti philosopho scripsit:t ab eode multas suscepit. 625 4574

¶ Symonides grecus poeta:bis tpib⁹:vt Eusebio placet:inclytus t clarus fuit:q quum ad octogesimū pueniſſet annū multa cōposuit t carmina docuit. In eaq; etate gloriabat in hec discēdisse certamina:q aliq̄n interrogatus qd inter boies facile cōsenescat:ait beneficiū. Huius cū multe fuerint sententie hanc precipuā existimo:Fortuna innocentē sepe deserit:spes autem bona nunq̄. 624 4575

¶ Stesicorus poeta Lyricus eximi⁹:p hoc ipsum tēpus in Grecia floruit:de quo Quintil. decimo li°. de istitu.orato.meminit:t Hora.in.4.carminū:Leceq; t alcei minaces Stesicoriq; graues camene.

¶ Arion Methymneus cytharedus optim⁹:gdē bisdē tēporib⁹ in Lesbo insula claruit: cui⁹ historiā Herodot⁹ Plyniusq; 9°.li°.natu.histo.et Heli⁹.16.noc.atti.late rettulerunt:sed breuiter a nobis ꝓbēsa tatis fuit. Hic cū arte sua multas divitias in italia t Sicilia cōgregasset Corinthū remeans:t in mari a nautis precipitatus est:sed a delphino pisce exceptus in laconiā ante nautas ipsos deportat⁹ Corinthum adijt:vbi re sua cognita;t illis supplicio traditis oia bona sua recuperauit.

¶ Sappho erexea diuini ingenij poetrix:p hec tēpora claruit:t plectrū ꝑma inuenit:hec viro ditissimo nupſit:ex quo Eydan filiū suscepit:habuitq; discipulas:Anagorā:Mileriā:Cōgyllā:Colophoniā:Euthemā:t Salaminā:q̄s etiā lyricos quosdā versus docuit. Scripsit autē hec modulos lyricos epigrāmata:elegiam:iambos:t monades.fuit quoq; vates nobilissima. 623 4576

¶ Olda ꝓphetissa Selū summi sacerdotis hebreoꝝ vxor:t Helchie maximi hebreoꝝ pōtificis mater:bis tēporib⁹ fuit:t Josie regi vaticinādo multa ꝑdixit:t presertim hierosolymoꝝ eversionē: ac populi ipsius captiuitatē:vt patet quarto regum capitulo.22°.

¶ Sophonias ꝓpheta nonus.12.ꝓphetaꝝ:Cbus nobilissimi iter hebreos viri filij⁹ Godolie:q fuit Amasie:q t Ezechie:p hoc iꝑ tēpus ꝓphetauit:t librū nois sui titulo ꝑnotatū ꝓposuit:in quo tanq̄ speculator t archanoꝝ dei cognitor iminentē duab⁹ tribub⁹ captiuitatē ꝑnūciat:vbi indicit vlulatuꝝ habitatorib⁹ pile:quia cōticuit ois populus Chanaā:disperierūtq; vniuersi q involuti erāt argento.

¶ Hieremias ꝓpheta sanctissimus t ab ipso matris vtero sanctificatus ex viculo Anathotites:qui nō lōge ab hierosolymis distabat:sacerdos ex sacerdotib⁹ natus.bis tribus adhuc puerulus vaticinari orsus est:t deide futurā ciuitatis cladē:totiusq; populi captiuitatē:nō solū spiritu:sed etiā oculis carnis ituit⁹ t expt⁹ est. Unde t in Juda t Beniamin tñ ꝓphetauit:t ciuitatis suc oēs futuras ruinas q̄druplici plāxit alphabeto.qō diuus Hiero.t Isido.in.6°.etbi.mēsure metri versib⁹ reddiderūt. 622 4577

aduētū

Hic itaq; post captā euersamq; hierosolymoz ciuitatē: a populo suo in Egyptū violenter tractus: ibidē post multas iniurias sibi illatas apud Taphnas ab eodē populo lapidibus obrut⁹ occubuit: eoq; in loco sepultus: vbi olim Pharao rex habitauerat. Et qñ suā ozone multos serpētes ifestos ab eodē loco fugauerat: t Egyptios a tactu t morsu eoz serpentū liberos fecerat. Ipsuq; magna religiōe post mortē venerati sunt. Et cū sanctus habitus sit eius festū prima die Madij celebratur.

¶ Baruch autē eiusdē Hieremie ꝓphete notari⁹: vir eloquentissimus ac celeberrimus vates: t ipse vna cū dño suo aliū ꝓpheticū librū nois sui titulo prenotatū edidit. in quo post ciuitatis calamitates t ruinas a Hieremia ꝓphetatas cōsolationē eidē ciuitati de reditu a captiuitate pnunciat. Ipsi⁹ tñ liber ab hebreis nec habet nec legit. quē qdē librū diuus Hiero. de greco in latinū iuxta vulgatā editionē transtulit. Hic cū librū magistri sui scripsisset: t regi Joachin legendū obtulisset: qz in eodē scripserat: qđ imminebat ciuitati Hierusalē vt a rege Babyloniozꝝ vastaret; t ipse rex ab eo subderet. Iratus librū disrupit t igne cōcremauit: t Hieremia ac Baruch duris supplicijs affecit.

4586 613 Joachaz secūdus Josie regis fili⁹. 19. regū Juda. 463. regni Dauid: t ꝑmo quadragesime olympiadis anno: patri in regnū succedēs: regnauit inēsib⁹ tñmodo tribus. Hunc ꝑ populus senioze fratre eius spreto post patrē quū triū t viginti etatis esset annoz: regē cōstituit. Sed quoniā (vt sacra ei⁹ hz historia) ipius t sceleste⁹ erat: t in vijs patris renuit ambulare: a Necchao rege iudicio dei capit. t vinct⁹ in Egyptū pducit: t eius senioꝝ fratri ex eodē patre ꝓgenito Josie Eliachim tradidit regnū mutans ei nomē Joachin: ꝓuincie quoq; omni tributū posuit: centū talenta argenti t vnū auri: vt patet quarto regum vltimo: t secundo paralipomenoꝝ similiter vltimo.

4590 609 Joachim ꝑmogenitus Josie regis: q alio nōie Heliachim appellat: vigesimus regū Juda eodē anno loco fratris a Necchao pharaone suffect⁹: regnauit in hyerusalē vndecim annis. homo qdē flagitiosus: infidusq;: ac idolatra: de quo hoc in loco nescio qd dicere ausim: vt ratus pater tot flagitiosos genuerit filios: qui nō hoies certe: sed teterrima monstra meritō nōiari possint: quos etiā pscribere piget. Hic igit ꝓcipatu inito in oēm turpitudinē idoloꝝ prolapsus: Uriā etiā sacerdotē virū iustū obiurgantē interfecit: t oēs tēpli ministros depulit atq; fugauit: necnō t oia auaritia expilauit. ꝓpter qđ t iusto dei iudicio Nabuchodonoso: rex Babylonē: vt Josephus li⁹. x⁰. hz: cum magno apparatu ad Euphratē venit: t cōtra Necchao regē Egypti pugnauit: t eo supato fluuiū transiens: oēm Syriā ꝑter Judeā vsq; pelusiū cepit. Indeq; post quartū annū qui erat octauus regni Joachim idē Babylonie rex cū magno exercitu cōtra Judeos castrametati tributa ab Joachim exactu⁹: aut certe dimicaturus: sed ille eius minas metuēns tributa que petebat per tres annos ꝑbere spondit. Tertio vero anno audiens Egyptios denuo cōtra Babylonios pugnaturos tributa soluere recusauit. ꝓpheta autē Hieremias monebat t ꝑdicabat q frustra egyptioꝝ spe tenerē: qđ t vex fuit q: Egyptij cōtra Babylonios pugnare nō ꝑsumpserunt. Sed statim veniente Babylonioꝝ regē cū exercitu magno iure federis suscepit. Quq; Nabuchodonoso: Hierosolymā itrasset: fidē nequaq; seruans: ꝑ⁹ innumeros iuuenes fortissimos vna cū Joachim rege iterfecit: eiusq; cadauer ignominiose extra muros vrbis iuxta vbū Hieremie ꝓphe. ꝓiici ꝑcepit: t Jechoniā ꝑoris iterfecti filiū ꝓ eo regē ꝓstituit.

¶ Nabuchodonoso: Chaldeoꝝ seu Babylonie rex: cui res bene geste magni cognomē dedere: anno q̄rto regni Joachim apud Babyloniā regnare cepit: sed quātū regnauerit cōpertū nō habem⁹: qui suscepto regno: vt Joseph⁹ ait: multa cū finitimis bella summa vtute ꝓfecit: t q̄maxime cū Egyptijs prospe dimicauit: t Necchao eoz regē ac Psametichū eius filiū regni successoꝝē: vt q̄rtus regū liber hz ad extremū deuicit: Judeā deide t Syriā durissimo sibi subiugauit iugo: Joachim ꝑdictū interfecit ac eius successoꝝē bis victuz vna cum matre: oiq; familia: ac cūctis ꝓcipib⁹: t alijs cōplurimis qui se se tradiderāt: t vasa dñi in Babylonē trāstulit: t Sedechiā patruū suuz suo loco suffecit: q cum t ipse iusurāduz transgressus fuisset: t tributuz ꝓmissuz denegasset ad cū cum ingēti exercitu venit: t diu obsedit: t tandē fame coactum cum ad deditionē cōpulisset ciues: ipsum captū t in ꝓspectu suo adductum cōfestim execrari fecit: t eius vniuersam familiā trucidari mādauit: innumeros quoq; ciuitatis in Babyloniā traxit in seruos: ac totā vrbē vna cum tēplo cuerti t incendi ꝑcepit: sed t Assyrioꝝ regnuz a Medis destructū tandē obtinuit: ꝓpter qđ Babylonioꝝ regnū factum est oium monarcha. Sz cū suipsi⁹ opinione se nimiū extulisset dñs eū isania circūuenit: t. 7. annis senuz vt bos comedere ꝓpulit: sicut habet Danielis. 4⁰. post annos vo septē idē eleuās oculos ad celū supplicauit deo vt regnū recipe ei ꝓcederet: qđ eidē vna cū sensu restitutū est. Quo recepto bñdicens altissimo grās egit q potestas ei⁹ sit eterna: eiusq; regnū in gñatiōe t gñationē: t cūcta regna terre apud eū in nihilū reputata sint. vñ regnū ei restitutū amplio: ēt gloria addita est: ꝓp qđ idē Nabuchodo. dixit: Ego laudo t magnifico ac glorifico regē celi: qz oia opa ei⁹ vra sūt: t vie ei⁹ iudicia: t in supbia grādietes hūliare scit t pōt: vt hēt Daniel. 4⁰. po. 20 dū vixit an. 40. defunct⁹ ē in baby. relicto ei⁹ filio nabucho. regni successoꝝē

4597 602 Joachin cognomēto Jeconias: ꝑdicti Joachim nepos: imo poti⁹ fili⁹: vt Joseph⁹ te- (sore. statur: ꝑm⁹ t. 20⁰. regū Juda. 474. regni Dauid: t. 3⁰. 44. olympiadis anno: a Nabuchodonoso: rex cōstitut⁹: regnauit i hyerusalē mēs. 3. t die. x. Hic autē Joachin supioris Joachim filius scribi debet: vt Hiero. ait: cū extrema syllaba chin: ꝑ vero p chim: t ob hāc causaz in euāg. Mat. vna videt dece generatio: qz 2ª. tessereadecas in patrē hui⁹ Joachin desinit: t tertia ab isto icipit. Cūq;

primum

primū hic regnare cepisset repēte timor Babylonioꝝ regē inuasit: timēsqꝫ ne mali memoria pro nece pīna ꝓuinciā inuaderet: cōfestim exercitū in hyerusalē misit ⁊ eū in vrbē obsedit. Ipse autē eū esset vir bon⁹ nolēs ciuitatē pdere ꝓfilio Hieremie ꝓphete vsus. se cū mīe: oiqꝫ domo: ac relīgs ei⁹ pncipib⁹ vltro Nabuchodonosor tradidit. Cūqꝫ iusiurādū Joachin ab eis q a rege babylonie decreti fuerāt: ac cepisset qꝫ nihil mali q remāsuri erāt in vrbe paterent: eoꝝ fides neq̄q̄ inviolata māsit. Sꝫ cū Joachin eū pdict⁹ in Babylonē accessisset: rex babylōie pcepit pncipib⁹ suis: vt oēs q erāt in hyerusalē iuuenes captiuos sumerēt pīter ⁊ artifices: cosqꝫ ad se ligatos adducerēt: q oēs vt Jose. scribit: fuerūt. 10. milia ⁊ 832. iter q̄s ēt fuere Mardochē⁹: eçechiel: ⁊ Daniel. Mānsit āt Joachin iste in carcere apō chaldeos. 37. an. donec Nabucodonosor filiꝰ pīe defuncto leuaret eū: ⁊ hec babylōis trānsmigratio appellata ē. būc itaqꝫ nabucodo. iuniorē p⁹ mortē pīis a viculis soluit: cūqꝫ q̄aduixit iter amicos hūit: ⁊ mīra ei dona ꝓcessit: fecitqꝫ i Baby. iter reges hōr: acceptaqꝫ vxore genuit Salathiel: q genuit Zorobabel: qui ge

Edechias Josie regis filiꝰ: ⁊ pdicti Joachin patruus: vltimꝰ regū Juda ⁊ (nuit Abinth. 601 4598
Hyerusalē anno vt supra rex a Nabuchodonosor loco superioris in hyerusalē pstitutꝰ: regnauit annis. xi. Huic Nabuchodonosor in subiectiōis signū nomē pmutauit: ⁊ tributariū sub iuramēto sibi cōstituit: mādauitqꝫ vt nihil ei hostiliter agere pīsumeret: nec Egyptijs faueret. Qex cū in oi turpitudine: ⁊ auaritia: atqꝫ segnitie: tam sacerdotū pncipes: q̄ ipse: ac vniuersus pplūs deū offendisset: ⁊ nullū sibi venie locū reliqsset: ⁊ regno tādē turpissime cum oi pplō ciecꝰ ac īterfectꝰ est. Nā. 9°. sui regni anno subornātib⁹ Egyptijs tributuꝫ Chaldeis ꝓmisit⁹ denegare: ⁊ in libertatē se vēdicare tentauit. Quāobrē Nabuchodonosor ira pcit⁹ maximo coacto exercitu in hyerusalē tumultuarie ꝓscendit: ⁊ pmo oēs Judee vrbes in fidē recepit. Indeqꝫ direptis incēsisqꝫ circūquaqꝫ vicis ⁊ suburbanis anno. 9°. Sedechie: hui⁹ regis. x⁹. die mēsis decēb⁹is Nabuchodonosor circa hierosolymā castrametat⁹ est: quā cum decē ⁊ octo mēsib⁹ durissima fame ⁊ peste obsedisset: tādē in ptātē suā redegit: regeqꝫ cū filijs ac pncipib⁹ capto ad regē Nabuchodonosor milites pduxerunt. Veniēte q̄s ad se regē Nabuchodonosor: ipꝫ ipium ⁊ infiduꝫ ac infelicē vocare cepit: ⁊ iusiurādi īmemorē qō pbuerat ei vt ꝓuinciā custodiret. Sup hec etiā cū ingratū obiurgauit: qr dū ab eo pcepisset iperiuꝫ qō ab eis frater tulerat ⁊ illi cōtulerat: ꝓtra munificū largitorē egisse videbaī hostiliter: his verbis aduersus Sedechiā dictis statim ei⁹ filios in ꝓspectu suo iussit pimi. Deide ei⁹ oculos eruēs cū vinctū pduxit in Babyloniā. Hec ꝙppe Hieremias ⁊ Eçechiel eidē ꝓphetauerāt q̄ vinct⁹ ducereī ad Babylonicū regē. Capto igiī rege vniuersus ppl'm Chaldei trucidauerunt: ⁊ qui gladiuꝫ euaserāt ad seruiēdum Chaldeis adducti sunt. Ac sic iudei iuxta verbū Salomonis: quum ꝓphetaꝝ exosam habuisset disciplinā: ⁊ timorē dn̄i nō suscepissent: sed vniuerse benedictiōi dn̄i detraxissent: tandē fructus vie sue comederunt: ⁊ suis cōsilijs saturati sunt. Hanc igiī cōuersationē qui de genere Dauid regnauerunt habuisse noscuntur.

Massilia trānsalpine gallie ciuitas p̄ Massilia transalpine gallie ciuitas.

600 4599

mo anno regni Sedechie. 45. olympiade: Solino teste: a phocēsib⁹ Persaꝝ aduēti ꝓfugis ꝓdita fuit. Hec olim, clarissima ciuitas fuit: ⁊ in Narbonēsi ꝓuincia in galliaꝝ sinu iuxta Rhodanū fluuiū in loco petroso sita: magnitudinis eximie extitit. Huic portꝰ subiacet pulcherrimus q arcē pugnacissimā loco edito etiā hz: in q̄ qdē olim Apollinis delphici pulcherrimū tēplum structū erat. Cui⁹ vrbis ciues posteaq̄ a pncipio p multa tpa in bellis se exercuerāt: pacatis oīb⁹ reb⁹ ad ciuiles īstitutiōes: terreqꝫ cultū cōuerterūt. Quinimo pmiores vrbis ad eloquētie ⁊ philosophie artes ita se trāstulerī: vt doctrinas grecis cōparari potuissent: ad quā plane vrbē cōplurimi ex nobiliorib⁹ Romanis adolescentes pro acquirēdis doctrinis trāsmittebanī. Nā eoꝝ victus frugalis ⁊ modestus semp fuerat: propter qō Cesar ⁊ eiusqꝫ successores Romani etiā cū eisdē bellis tēperātius se habuere: ⁊ Galli: alieqꝫ natiōes vidētes eos in tāta pace viuere: ad eoꝝ viuēdi normā se cōtulere. Cūqꝫ varios sortita fuisset: vel dn̄os: vel tyrānos: prout se tēpora offerebāt: nunq̄ tū aut legem: aut ab alienigenis dispendia ptulit. ꝑterq̄ a Cathelanis qui anno salutis nostre millesimo noningētesimo q̄dragesimo multa instructa classe eā inuaserūt: ⁊ quasqꝫ diuitias auferētes bonis oīb⁹ vacuā reliquerant: ꝓpter qō vllas deinceps visa fuit reassumere vires. Huic Lazarus qué dn̄s a mortuis suscitauit: pmus ab apostolis

pag. 106

destinatus fuit epūs: cuius qdē relige nunc vsqꝫ magno in honore apud eā habite sunt. Fertur quoqꝫ ⁊ beate Marie Magdalene ipsi⁹ Lazari sororis corpus ibidē quiescere. Apud hanc multi clarissimi floruere viri: inter q̄s fuit Salvian⁹ ciuisdē ecclie presbyter: diuina humanaqꝫ litteratura admodū

doctus. Et Museus in diuinis scripturis p̃sbyter: greca latinaq; lingua eruditissimus: q de viris illustribus more diui Hieronymi librũ edidit. Hinc etiã Corninus orator: et Victorin⁹ rhetor clarissim⁹: qui multa in diuinis edidere: originẽ duxere: atq; alij cõplurimi: de quibus infra dicetur.

4602 597 ¶ Astyages Arsacis regis filiꝰ: octauus et vltimus Medoꝝ rex: tertio Sedechie regis anno Medis regnare cepit: et regnauit annis. 38. hic: vt Herodoto in pmo historiaꝝ placet: et Justino in epitomate suo: vnã tm̃ noĩe Mandanã genuit filiã: quã tm̃ aliquãdo in somnijs minxisse vidit: vt totũ exinde corpus eius vrina replere videret. Justinus vero noster aliter de somno sentit: q; non mictũ: sed vitẽ e filie pudẽdis genitalib⁹ oriri Astyagẽ vidisse dicit: que totã occupauit ꝓuinciã. Hãc igit̃ pater eo somnij portẽto perterritus ex ariolorꝝ suoꝝ cõsilio Cãbysi cuidã Persaꝝ mediocri viro dedit vxorẽ: ne paterna: maternaue nobilitas aios nascentiũ nepotũ extolleret. ac nec sigdẽ metũ deposuit. Sed cũ natus esset ei primus infans illũ harpago archanoꝝ suoꝝ participi dedit occidendũ. Sed ille prudentia vsus: existimans impiũ aliq̃ ad filiã fore devoluendũ: cũ. s. Astyagi nulli essent masculi: ip̃z occidere timuit ne aliquãdo necati infantis penã subiret: quãobrẽ vni ex pastorib⁹ regis exponẽdũ dedit. Qd̃ audiens pastoris vxor q̃ etiã eodẽ tẽpore filiũ pepererat: rogauit virũ sibi puerũ regiũ alendũ asserri. Cui⁹ pcib⁹ vir more gerens in siluã redijt: videlicz puerũ iuxta canẽ feminã ei⁹ vbera sugẽtẽ: quẽ a feris: auibusq; defendebat: misericordia motus puerꝝ suscipiens vxori detulit: cane eũ psequẽte quẽ vbi in manũ mulier accepit: mox velut ad notã puerulus allusit: ꝓpter qd̃ ꝓprio partu exposito regiũ educarũt infantẽ. At puerulus adultus cũ inter ludentes rex delectus fuisset: et cõtumaces aliquãdo cecidisset: delatum est regi querella q; a seruo ingenui verberarent. Ille accersito puero et interrogato: et cũ imutato vultu se id fecisse vt regẽ redderet. Admiratus eius constantiã in memoriã somnij revocat. Cognitoq; q; nepos esset iratus Harpagi filiũ interfecit: et patri epulandũ dedit. Qd̃ Harpagus egre ferẽs dolore in tẽpus aliud dissimulato vindictã distulit: nã quũ puer quẽ Cyrũ vocauerat etiã adolevisset et ipse oẽm Astyagis duceret exercitũ Harpagus hortatus est Cyrũ: vt arma cõtra auum Astyagem sumat: seq; ei oẽm exercitũ deditur⁹ polliceret. Qd̃ vbi Cyrus audiuit: collectis Persis cõtra Astyagẽ auum ducit exercitũ: et Harpagus cõfestim cũ exercitu ad eũ defecit. Astyages autẽ cõtractis undiq; auxiliarib⁹ copijs in Cyprũ ꝓficiscit: cumq; superat. Uex fugientib⁹ Persis: matres: conũq; vxores eisdẽ obuiã fiunt. et nates atq; pudẽda ostẽdentes dicunt: Rumgd iterato tanq̃ paruuli in vtez refugere vident. Qui pudore repressi rursus in preliũ redierunt: et facto ipetu Astyagẽ superarunt: eoq; capto nil aliud q̃ regnũ abstulit. Uex eidẽ se magis nepotẽ q̃ victorẽ exhibens hircanis eũ prefecit. Regnoq; suscepto in Persas transtulit: et sic medoꝝ regnum defecit: qd̃ per annos ducẽtos et quinq̃ginta nouẽ sub regibus octo porrectũ fuit. quoꝝ etiã noia et tempora hic epilogando recensemus.

¶ Medorum regum epilogus.

Arbaces. i.	an. 28.	Cardiceas. 4.	an. 13.	Cyaxares. 7.	an. 3.
Sosiranus. 2.	an. 30.	Deocles. 5.	an. 54.	Astyages. 8.	an. 38.
Medidus. 3.	an. 40.	Phraortes. 6.	an. 54.	Hij in vnũ supputati fiũt anni. 259.	

4603 596 ¶ Uaphres pharao Psametici regis filius: hoc anno qui est q̃rtus Sedechie regis annus egyptiorum regnũ accipiens: regnauit annis. 30. Adhuc capta a Chaldeis hierosolyma iudei qui remanserant Godolia chaldeoꝝ regis prefecto ab eis interfecto veriti confugerunt: Hieremia ꝓpheta secum tracto. de quo idem Hieremias meminit. ¶ Viri doctrinis excellentes.

¶ Habacueh ꝓpheta: in numero duodecim ꝓphetaꝝ decimus: his tẽporibus spiritu ꝓphetie plen⁹ apud iudeã in pcio fuit. q ex pcepto dñi Danieli in lacũ leonũ existenti prandiũ attulit. Hic librũ prophetie sue titulo nois sui p̃notatũ in iudea edidit: vbi Christi dñi nostri natiuitatẽ atq; passionẽ prophetat dicens: Opuit celos gloria ei⁹: et plena est terra: Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius. Et ꝓpterea diuus Hieronymus eum luctatorẽ fortẽ ac rigidum virum appellat. tandẽ mortuus vir sanctus habitus est. Eius festũ decimooctauo kal'. Februarij celebrat'. Corpus vero eius cũ diu occuluisset sub Archadio principe diuina reuelatione repertum fuit.

¶ Ezechiel autẽ ꝓpheta et sacerdos dñi: vir sanctus atq; pulcherrim⁹: q; superioribus annis cum Joachin rege captiuus adductus fuerat in Babylonẽ: tẽpestate hac ibidẽ existens ꝓphetauit futuras populi iudeoꝝ calamitates: et hec ex Babylonia in Hyerusalẽ ad Sedechiã regẽ misit. Cui tñ idem rex nõ credidit: sed nec hi qui cum eo captiui fuerant: videntes adhuc Hyerusalẽ vrbẽ stare: quam Hieremias et ipse casurã esse ꝑdixerant. Tricesimo deinde etatis sue anno et captiuitatis sue quinto: librum ꝓphetie sue cõponere cepit. Cuius qdem libri sermo: vt diuus scribit Hiero. nec satis disertus: nec admodũ rusticus est: sed ex vtroq; medio tẽperatus: cuius sane ꝓncipia et finis magnis involuuntur obscuritatibus. Et sunt qui dicant eundẽ a qbusdã sapientissimis viris: nõ ab Ezechiele scriptũ. Et ꝓptea apud hebreos nõ nisi a viris doctissimis legi ꝓmittit'. Hunc tandẽ quedã reliquie iudeoꝝ: scilicet Dan et Gad: qbus predixerat eos in Hyerusalẽ nõ regressuros apud Babyloniã iterfecerũt: et tanq̃ martyr habitus est: et in sepulchro Sem filij Noe et Arphaxat eius filij sepultus. Cuius quidẽ dici festum. 4. idus Aprilis celebramus.

4608 591 ¶ Daniel desiderioꝝ vir: et propheta celeberrimus: ex regũ iudeoꝝ familia natus: a Nabuchodonosor Chaldeoꝝ rege in Babylonẽ cũ Joachin rege captiuus ductus: et ab eodẽ enutrit⁹: anno nono

Sedechie regis Hyerusalē:postq̄ parvulus insonte Susannā a morte liberasset:divino spiritu illustrat̄ pmā regi Nabuchodonosor in Chaldea solvit visionē.Quāobrē rex ei⁹ obtutu pcedens ingenū ꝓcidens in faciē suā eū salutavit ⁊ gr̄as egit ei:ac ei q̄si deo sacrificari ꝓcepit.Eidēq; ꝓprij dei nomē imponēs curatorē cōstituit:⁊ eū in honore ꝑcipuo habere cepit eo etiā q̄ cum forma decor ⁊ omni sapientia ꝑcipuū fuisse deprehēderat:⁊ q̄ maxime q⁹ oium visionū ⁊ somniorū intelligentiā in eo cerneret.Nā cū in cōspectu eius staret omne verbū ⁊ sapientie intellectus q̄ ab eo rex scisc̄itatus fuisset in decuplū sup ariolos suos eo invenit.Cum tū idē rex Nabuchodonosor cū statuā suam quā erexerat adorare recusasset:cū cognatis suis in fornacē ignis ardentis mitti iussit:quos divina ꝓvidentia liberavit:nec eos olno ignis cōtigit:⁊ ꝓpterea in maiori ꝑcio haberi ceptus est.Mortuo deinde Nabuchodonosor qui mutatus fuit in bestia:ei⁹ filio Balthasar etiā ꝓnūciavit q̄ termin⁹ sibi erat futurus:cū lr̄as in pariete scriptas exposuisset.Destructio deinde Babylonior ꝓcipatu a Dario Astyagis filio in Media ab eodē Daniel perductus fuit:ubi cū omni honore celebratus:⁊ sup oēs satrapas ꝓposuit.Sed ibidē invidia ꝑualente cū in lacū leonū rex Dari⁹ mitti coegit:sed nihil mali ab eis passus:cognoscens divinitatē eū salvasse:deinceps in precelsiori honore habuit Danielē.Et cū excelsius ⁊ clarius haberet eo q̄ religiosus ⁊ sanctus esset in Ebathenis civitate Medie mausoleū sibi edificavit ꝑclarissimū:ubi ⁊ tandē sepultus est.Hic itaq; ꝓphetavit nō solū futura sicut alij ꝓphete:sed etiā tēpus diffinivit quo sue ꝓphetie necesse erant adimpleri.Scripsit autē librū ꝓphetie in decē visiones divisum:q̄s se vidisse refert:tres sub Nabuchodonosor:tresq; sub Balthasar ei⁹ filio:septimā ⁊ octauam sub Dario rege:⁊ duas ultimas sub Cyro.Liber tū eius apud hebreos nec Susanne historiaz habet:nec hymnū triū puror̄:nec Bel draconisq; fabulas q̄s gdē divus Hieronymus dispersas in vnū collegit.Hunc itaq; Hieronymus totius mundi philistoricū vocat:eo q̄ lapidē in monte sine manib⁹ precisum:⁊ alia multa descripserit.Nec tū eius liber inter ꝓphetas apud hebreos cōputatur:sed inter agyographas idest qui sacrā descripserunt historiā.Mortuus deniq; ⁊ inter sanctos habit⁹:ei⁹ festū duodecimo kalendas Augusti celebratur.

¶ Pythagoras preclarissimus natione Samus:⁊ ipse tēpestate hac toto orbe terraꝝ clarissim⁹ fuit hic ⁊ a primemo eximie pulchritudinis ac venustissime forme fulgnis fuit:qui cū musice plurimū operam esset eius principia apud grecos primus ad artē pduxit:⁊ geometriā oēm ꝓfecit:atq; ponderā ⁊ mensuras inveniens:etiā grecis primus cōtulit.Imprimis nāq; circa arithmeticā vacauit:nec etiaz medicinā neglexit:aiasq; boium de corpore in corpus trāsire opinat⁹ est.Quippe ⁊ illi⁹ generis ꝓbi losophoꝝ auctor extitit qō italicū vocāt:q⁹ apud Corinthū Ethruric v:bē e grecia venit:ibiq; cū discipulis multis clarus esset:Italis nostris legē dedit:⁊ licet eis etas illa nullū sibi pepisset equalē:se tamen sapientē appellari erubuit.Sed cū interrogaret cuius ꝓfessionis esset:ꝓm⁹ se philosophū:idest sapientie amatorē dixit.Huius autē institutū fuit ne qs scholas eius intrās locutus de philosophicis bos aperire presumeret:anteq̄ per quinquēniū audiret.De ipso autē varie ferunt sentētie:quas siqs cognoscere cupit legat Laertiū:qui longo decursu illas explanavit.Eius libri ab Athenēsib⁹ fuerūt cōcremati.Verū cōplurime memoratu digne ei attribuunt sentētie:e qbus vnā dūtaxat hic apponimus.Fugienda inqt modis oib⁹ ⁊ abscindenda sunt hec oia:scilicet languor a corpore:imperitia ab anima:luxuria a ventre:a civitate seditio:a domo discordia:⁊ a cunctis rebus intēperantia.

¶ Anacharsis patria Scythicus:phūs sciētissimus:ꝓ hoc tēpus floruit:cui⁹ admirādā extitisse sapientiā:Cicero in libro tusculanaꝝ scribit:q̄ cū a quodā vituperaret q⁹ Scytha esset.cui idē Anacharsis sic inqt:nemo enim tū ex scythis sapiēs arbitrabat̄:respōdit:Mihi inqt decorus patria est:Tu vero patrie iterrogatus qd sit in hoīe bonū ⁊ malū:Elit lingua.Fuit hic Anacharsis Cadmidi Scythar̄ regis frater:a quo ⁊ demū sagitta occisus fuit:eo q⁹ grecoꝝ leges scythis inducere tentaverit.

¶ Milon cheneus philosophus:bis tēporibus Athenis plurimū enituit:qui cum patrem tyrannū haberet:vt sapiētie cōsiderationi liberius vacaret:in deserto apud Lacedemones habitare elegit:ubi ⁊ vsq; ad nonagesimum septimū vite annum vixit.

¶ Alcmeon Chrotoniates philosophus:Pythi cuiusdā filius:⁊ Pythagore auditor:ꝓ id tēpus (vt Euse.placet) multo ingenio preditus agnoscit.Qui ꝑimus:vt Laertius habet:de nature ratione scripsit:⁊ animā dixit immortalē atq; ad instar solis moveri.

¶ Epimenides Cretēsis phūs bis cōtēporaneus fuit:q̄ aliqñ:vt Laert⁹ scribit:dū adhuc invenis esset:⁊ a patre ꝓ deucēda ex rure ove missus foret:meridiano estu ex itinere divertit in antrū:ubi ⁊ per septē ⁊ quinquaginta annos cōtinuo sopore quievit.Excit⁹ deinde oue quesiuit:putās se parū obdormisse:quā cū nō inveniret:in agrū reversus est.Cū vero agrū paternū in alteri⁹ potestatē devenisse itelligeret:⁊ cūcta mutata cerneret in oppidū redijt:ubi a iuniore fratre iā vetulo cognit⁹ oēm ab illo didicit rei veritatē.Deide cū philosophie operā dedisset de geneſi scripsit:ortuq̄ divino in q̄nque milib⁹ versuū.De diversis rer̄ naturis in novē milib⁹ ⁊ q̄ngētis versib⁹ scripsit:etiā:vt Laert⁹ ait:prosa de victoriis ⁊ de politica cretēsiū ꝑimus ꝑterea ferē agros ⁊ domos expiasse.Fundavit deinq; tēplū venerandoꝝ deoꝝ:⁊ ad Solonē philosophum veterānū epistolas scripsit.Vixit autē:vt Laertius refert:annis.179.sed ẽm alios.194. ¶ Hierosolymorum prima eversio.

¶ Nabuchodonosor itaq; Chaldeoꝝ rex:hoc anno q̄ est.9.annus ⁊ mēsis sext⁹ regni Sedechie:vt

dictum est propter iusiurandũ violatum: & tributũ ab ipso Sedechia denegatũ cum ingenti exercitu in iudeã venit: ibiq; magnis cladibus cunctas eius ciuitates affecit: ac etiã ipsam Hierosolymã obsedit. Quo audito Vaphres pharao egyptiox rex cõscestim cũ exercitu magno aduersus cũ ꝓficiscitur. Quẽ de hierosolymitane obsidionis causa. Sed Nabuchodonosor omissa obsidione eidem occurrit: quẽ & post multos vtrinq; cõflictus: innumeraq; cedes tandẽ superauit: propter qõ pseudo ꝓphete illudentes Hieremie ꝓphete dicebant: Babylonij sicut tu ꝓphetas amplius nõ reuertentur. Sed cũ prophetam eadẽ itex atq; itex affirmaret a principib⁹ captus: in quendã lacũ lutosum vsq; ad guttur deposuerũt: vt morte ꝓpria suffocatus extingueret. Vex eodẽ anno decimo mense Pharaone a Nabuchodonosor fuso atq; fugato Nabuzardan sui exercitus principẽ ad obsidendã hierosolymã rursum misit: ibidẽq; decẽ & octo mensibus statione firmata adeo graviter vrbẽ obsedit: vt prevalente fame mulieres pre angustia natos suos comederint. Quãobrẽ iudei se & vrbem Chaldeis ignominiose tradiderũt. Qui vrbẽ ingressi capto prius rege cũ filijs: & interfecto muros & turres euerterũt: templũ incenderunt: eiusq; vasa oia sustulerũt: & vniuersum populũ in ore gladij ceciderunt: nõ parcentes: vt sua sacra secundi paralipomenon libri cõtinet historia: neq; adolescẽtib⁹: neq; virginib⁹: neq; senibus aut decrepitis: sed oẽs cede durissima interfecerunt. Et sigs gladiũ euasisset: captiuus abductus sub corona venditus est. Ac sic rege interfecto temploq; ab eius cõstructione quadringẽtesimo quadragesimosecundo anno incenso finitũ est regnum iudeox sub regibus duobus & viginti: qui regnauerunt annis quadringentis & octoagintaquinque: & mensibus sex. quorum noia & tempora ista fuerunt.

¶ Regum iudeorum epilogus.

Dauid. i.	an. 40.	Joram. 7.	an. 8.	Joathan. 13.	an. 16.	Josias. 18.	an. 32.
Salomõ. 2.	an. 40.	Athalia. 8.	an. 7.	Achaç. 14.	an. 16.	Joachaz. 19.	mens. 3.
Roboã. 3.	an. 17.	Ochozias 9.	an. i.	Ezechias. 15.	an. 29.	Joachin. 20.	an. ii.
Abias. 4.	an. 3.	Joas. 10.	an. 40.	Manasses. 16.	an. 5.	Joachin. 21.	mens. 3.
Assa. 5.	an. 41.	Amasias. ii.	an. 29.	Amon. 17.	an. 12.	Sedechias. 22.	an. ii.
Josaphat. 6.	an. 25.	Oxias. 12.	an. 51.	Hox anni in vnũ supputati fiũt. 484. & mẽses sex.			

¶ Pontificum iudeorum epilogus.

¶ Igit̃ q; genus regũ explicatũ est etiã noia põtificũ qui fuerunt in templo tẽpoꝛib⁹ predictox regũ referare huic loco necessarium iudico: a ꝓmo. s. Sadoch: quẽ Salomon abiecto Abiathar instituerat vsq; ad Josedech vltimũ sacerdotẽ: quox tẽpora ꝓtermittunt̃: eo q; de ea nõ cõstet. Noia vero eorũ hec fuerunt: videlicet. Sadoch ꝓmus tẽpli fuit sacerdos: Achimas. 2. Azarias. 3. Joiada. 4. Azarias. 5. Ama. 6. Achitob. 7. Sadoch. 8. Selum⁹. 9. Helchias. 10. Azarias. 11. Sarias. 12. & Josedech vltimus: qui captiuus in Babylonẽ duct⁹ atq; ibidẽ occisus fuit: vt patet paralipomenõ cap⁹. 6⁹. Et Josephus libro. x⁹. cap. x. hoc affirmat: Ac sic ea que ego vidi & diligenter legi hec ita cõscripsi. Et sic liber quartus hic explicit.

¶ Incipit liber quintus.

Quinta seculi etas

quã in suscepto ope librum quintum sacimus hic incipit: duratq; vsq; ad nativitatem dñi nostri Jesu xp̃i p annos. 500. tametsi sint q in huius etatis supputatione aliter sentire velint. Unde & qui recte captiuitatis annos numerare voluerit: ab vndecimo Sedechie regni anno: sicut Eusebius incipiat: & tunc. 70. captiuitatis annos in secundũ Darij annũ terminabit. Josephus autẽ & divus Hiero. sup Ezechielẽ illos. 70. annos numerare vident̃ ab anno. 13. Josie regis vsq; ad tertiũ Cyri regis annum: nõnulli etiã illos. 70. annos ab vltimo regis Joachin anno cõputat ad tertiũ Cyri regis annũ: nõnulli etiã illos. 70. annos ab vltimo regis Joachin anno cõputant vsq; ad vltimũ Cyri annum. At sane sentiendo. 70. illi anni qui in. 3⁹. vel vltimo Cyri anno terminant̃ ꝓprie captiuitatis iudaice anni dicunt̃. Illi vero q in secundo Darij terminãtur ꝓprie cõplete transmigrationis sunt. Et hec ꝓncipaliox & precipua sacre scripture Era habẽt que .s. facta est anno ab exordio mundi. 4610. A diluuio autẽ. 2369. a nativitate Abrae. 1427. Olympiadeq; quadragesimaseptima: ac vigesimooctauo regni Tarquini Romanox regis: regnãtibus etiam apud medos Astyage: apud macedones Europe: apudq; lydos Alyacte: & apud egyptios Vaphre: ac apud chaldeos Nabuchodonosor primo.

4610 589

Captiuitas igitur hebreox que fuit exterminiũ populi hyerusalem hic ĩcipit: & per annos. 70. perdurat. Hieremias. n. propheta: vt premissum est: ob causam periurij Sedechie regis qui sidem ꝓmissam Nabuchodonosor regi nõ seruauerat populũ Israel refert cũ memorato rege expugnata hyerusalẽ captiuũ in Babylonem fuisse perductum. Sed cũ populus Israel iã multis tẽporibus idolis seruiendo etiã effusione sanguinis innocentũ se graviter impiasse: volens deus generationem huius populi totã ꝓpter memoratas causas penitus deperire. 70. annox captiuitatẽ eundem pplm in regno chaldeox statuit sustinere hac rõne: vt ꝓpleto annox numero nou⁹ ppls a memoratis peccatis imunis ad renouationẽ Hyerusalẽ ꝓueniret. Sexagesimo itaq; & 2⁹. captiuitatis anno subuerso chaldeox regno vbi adhuc octo restabãt ãni ad regnãdũ: qõ & sexta Danielis visio ostẽdit.

cū ꝓpter causam sacrilegij qō in eadē visione cōtineꝝ fuisset extinctū. Darius q medis impabat: vt se prima Danielis visio ostēdit: memorat⁹ in regno successit. Cui⁹ ꝓmo regni anno: vt etiā .x^a. Danielis visio ostēdit. Daniel supputatis annis videṡ appꝛopinq̄re tp̄s reuersiōis: q̄ p Hieremiā fuerāt ꝓmissa: oās tā ꝓ se q̄ ꝓ ppl'o eādē ꝓmissionē a deo postulabat iplerī: cui p Gabrielē archāgelū in eadem visione iuxta p̄ces ciusdē vniuersa esse cōpleta dixit deus. Nam moriente Dario Medorum rege: t in regno Cyro Persaꝝ rege succedēte promissione dei cōpleta per eundē regem populū Israel in hyerusalē reductum historia secundi libri paralipomenon t initium Esdre prophete confirmant.

¶ Godolias gñe chaldeus hoc anno Nabuçarde ꝓncipi militie post captā t desolatā hyerusalē ꝓ uincie pficit: vir qdē iust⁹ t mānsuet⁹: q suscepto ꝓncipatu ꝓfecti ex regis mādato Hieremiā ꝓphetā t Baruch ei⁹ discipulū de carcere solvit: atq; illi p oia q̄ beneplacita erāt ministrauit. Mānsit autē Hieremias cū Godolia in ciuitate Maspha: Ipse aūt Godolias cū esset vir iust⁹ t pfect⁹ cēt tm̄ō pauperib⁹ t agricolis iudeis: q tributa regi chaldeoꝝ pſoluerēt. Audiētes aūt iudei q dispsi fuerāt p certa loca recessisse babylonios e terra iuda cōsili viri bonitate venerūt ad ipz Godoliā in Maspha: iter q̄s erat qdā Ismael de semine regio: vir qdē prauus atq; malign⁹: q dū obsiderēt hierosolyma ad regē euasit amonitaꝝ: t ibi illo tpe morat⁹ est. Hos aūt Godolias benigne suscepit: t ibidē manere cō cessit: suasitq; vt in q̄cūq; vellēt ciuitate singuli morarent: iuramēto q firmat q̄ nihil mali paterētur: immo obtulit se eis hostacula reparaturꝝ: vt vinū t oleū atq; triticū cū ipsis recōdere possent: q̄tinus hyemis tpe necessarijs nō indigerēt. Famaq; discurrēte p ꝓuincias q̄ Godolias clemētissime ad se de fuga venientes suscipet: t terrā excolere ꝓmitteret multi ad eū cōcurrerūt: t ibidē habitauerunt cōsiderātes ꝓuinciā in pace regi: t Godolie bonitatē atq; clemētiā. Oēs.n. hāc vrbē iudei diligebāt t Godoliā: post aliq̄ vo tp̄s venit ad Godoliā in Maspha: etiā Ismael p̄dict⁹ cū decē viris: q̄s Godolias splēdide suscepit. Et cū cēnt in ꝓuinto Godolias inebriat⁹ est: quē Ismael videṡ vino repletū: surgēs cū decē viris occidit t q cū eo erāt. post eum⁹ mortē surgēs cūctos pariter trucidauit iudeos t milites q erāt in ciuitate: q a babylonijs fuerāt derelicti. Indeq; post multas cedes fingit ad regē Amonitaꝝ Judei aūt ꝓp Godolie mortē metuētes sibi deliberauerūt fugere in egyptū: sed dissuadēte Hieremia atq; dicēte q̄ in egyptū vētura esset in manib⁹ babyloniorꝝ vbi oēs deperīrēt: si illo accederēt: ppls ei⁹ cō filio obedire nolvit: ſz discedēs in Egyptū duxerūt secū Hieremiā pariter t Baruch. Būq; illic cēnt. post .v^o. annū venit Nabuchodonosor in egyptū t vniuersam subuertit: t iudeos oēs q ibidē erāt captiuos duxit in Babyloniā iuxta ꝓphetiā Hieremie t hebreoꝝ qdē huiusmōi terminū habuit: t deinceps vniuersa iudea t hierosolyma p septuaginta annos oīno desolata pmānsit: vt p̄z. 4°. regū vltimo

¶ Alcetas octauus Macedonum rex: octauo captiuitatis anno Macedonibus regnare cepit t regnauit annis vigintinouem.

¶ Serui⁹ Tullius sextus Romanoꝝ rex: post Tarquinū p̄scū nono iudaice captiuitatis anno regnū suscipiēs: regnauit annis .34. Hic Vulcani ex Crisa comiculana: vt Ouidi⁹ in libro fastoꝝ fabulatur: fili⁹ fuit. Nā vt Liui⁹ ait: Dum Tarquinus p̄scus latinos expugnasset: iter alias captiuas Crisaz Comiculā latinoꝝ p̄fecti filiā prægnantē cepit. Quā quū in domū p̄gnante ꝓduxisset filiū pepit: quē Tullius Seruilius noīauit. cui puerulo in cunis dormiēti rege t regina vidētib⁹ ignis ab alto ōscēdit t capiti infantuli insedit: nullā inferēs lesionē. Quē cū vidisset regina augurorꝝ prescia: suasit marito regi puerꝝ cū diligentia seruandū: dicēs magnū futurꝝ familie sue cōmodū. Hinc Seruiꝰ cū strenuus euasisset Tarquinij postea filiā sumpsit in cōiugē: t vulnerato Tarquinio a filijs Ancimarci: t a regina socera sua mortuo clam Seruilio ea iubente parvulis adhuc existēnb⁹ filijs suis Seruius illi occupauit regiā. Qua occupata t morte regis patefacta Serui⁹ illi sufficetus est rex. cui cū due essent ex cōiuge filie: illas filijs Tarquini p̄sci dedit vxores. Cetꝝ eo in officio tāte modestie fuit: vt bono ēt moderatoꝝ successori difficilis esset emulatio. Insup id quoq; ad ei⁹ gloriā accessit. q̄ cū illo iusta simul t legitima regna occiderunt: p̄mus nāq; censum in vrbē instituit: t oēm vrbis lustrauit exercituz vbi inuēta fuerunt octoginta hoīuz milia: ꝓpter quā multitudinē tres colles. s. Quirinalē: viminalē: t exquilias vrbi adiecit: cāq; aggere: fossisq; ac muro circūdedit. Hec itaq; t alia bona cū fecisset romanis a Tarquinio superbo genero suo filie sue ipulsu occisus est. Qō autē Vulcan⁹ fili⁹ fuerit ostēdit Ouidi⁹ vbi supra dicens: Signa dedit genitor tūc cū caput igne corusco: Cōtigit: hincq; ois flāmeus egit apex. Ply. tñ in li°. viroꝝ illustrium dicit: hunc Publij Cornicularij t Ocreacie captiue fuisse filium:

¶ Nabuchodonosor hui⁹ nois secūdus: magni Nabuchodonosor fili⁹: tertiꝰ Chaldeoꝝ rex .18°. captiuitatis anno patri in regno succedēs regnauit annis decē: vir qdē p̄stantissimi ai t ingētis potētie: qui vt Josephus li°. x°. ca°. i°. testat paternis regalib⁹ multa supaddidit. Et ꝓpterea ferunt cū t fortitudine t gestoꝝ magnitudine Herculē trāscēdisse: Lybiā.n. t Hiberiā vastauit: t alia multa t plurima facinora gessit: q̄ dicere supuacuū puto. Inq; Babylonia multa edificauit: t vrbē vetustate collapsam restituit. Tēplū pmagnificum belli extruxit: t multa ei donaria cōtulit. Sed t viridarium celeberrimū multis cōsitum arboribus cōstruxit: quē instar mōtis ex lapidibus cōposuit: qō suspēsibile dicebat: eo q̄ vxor ei⁹ positionē regionis sue videre ex eo desiderabat: q̄ Medoꝝ regis filia erat.

¶ Cresus Alyactis regis fili⁹: non⁹ t vltim⁹ Lydoꝝ rex .27°. iudaice captiuitatis anno Lydis regnare incipiēs: regnauit annis .15. hic ꝓmo felicissimus fuit: infinitissimasq; diuitias aggregauit: q̄ꝝ

multitudine elatus factus cū Cyro rege congredi p̄sumens superatus est: amissoq; regio miseram vitam subire coactus est. de quo Justinus primo epito. libro multa ꝓsequit. Et Ouidi⁹ de eo sic ingt:

Viuitis audita est: cui non opulentia Creso
Hempe tamen vita captus ab hoste tulit.

5623 | 424 | c | Celestinus papa natione Romanus patre Priſco: post Bonifaciũ põtificẽ sedit q̃si annis. 8. q diuino cultui admõz ũtẽtus istituit psalmũ Judica me deus ante introitũ missse a sacerdote celebraturo dici debere. Cõstituit itẽ vt psalmi Dauid: videlz. 15 o. ante sacrificiũ antiphonatim ab oib⁹ canerent: qõ ante fieri nõ cõsueuerat. Perlecta enim epla ⁊ euãgelio finis sacrificio ipone bat. Unde ⁊ ex hoc istituto excerpti sunt introitus ⁊ gradualia atq; offertoria ante sacrificiũ. Mandauit silr Gratiano referẽte: vt oẽs sacerdotes scirẽt ecclesiasticos canones: sicut habet in decretis. 3. di. c. Nõnulli sacerdotũ: huius iussu ⁊ Theodosij iunioris tertia synodus ducẽtoz epoz apud Ephesum collecta fuit in q̃ ipius Nestorius cũ hereſi sua: cũq; Pelagianis oibus q dogma illud oi inuabãt conatu oiz cõsensu. 13. canonib⁹ eoz stultitiã ipugnãtibus dãnata est. Predicabãt. n. vt dictũ est: xp̃m ex Maria hoiez tm̃: vnde diffinitũ est i xp̃o vnã ee psonã: ⁊ q̃ beata Maria vgo vocaret theotocos .i. mr̃ dñi: vt pz. 15. di. c. i. ⁊. 24. q. 3. Hic basilicã Julia dedicauit: cui ⁊ pmulta cõtulit dona. Tandẽ cũ ter in Decẽbrio mẽse ordinationes habuisset: vbi ⁊ presbyteros. 32. diaconos duodecim: ⁊ epos. 42. creauit: moritur: ⁊. 8°. idus Aprilis via salaria in cemiterio priscille sepelit: ⁊ sedes vacauit dies. 21.

5628 | 429 | ¶ Hieronymus vir familiarissim⁹ ⁊ doctor celeberrimus sancte Ro. ecclesie cardinalis pbyter natione italicus ex oppido Stridonis in histria prouincia cõstituto: qõ qdẽ a Gothis euersum fuerat Pãnonie quondã dalmatieq; cõfiniũ patre Eusebio natus: hoc anno apud Bethleem iude ciuitatẽ

pridie kalendas octobris. 91. vite sue anno migrauit ad dominū. Vir sane eloquētissimus: qui t multarū diuersarūq; litterarū peritiam: t linguarum experientiā habuit: orationisq; facundiā: rectos fabularum sensus multā historiarū memoriam: naturaliū rerū cognitionē: moraliūq; sermonum: tum sacre scripture: ac vere theologie perceptionē. Hic itaq; vt fide integer t vita purissimus erat: cum primum iuuentutis annos exegisset: Balmatis nationi sue propinquis quasdā litteris a latinis grecisq; diuersas imprimis adinuenit t composuit: que quidē postea Sclauonice sunt appellate: eo q; sclauonibus quibusdā germanie populis dederit. Et non solum eas litteras cōposuit: sed t officiū quo nos vtimur ex greco in idipsum idioma traduxit: t etiam contulit: qō etiam nouissimis temporibus Eugenius papa quartus pontifex maximus eisdem confirmauit. Adeo equidem eius sanctissima vita verbis explicari posset: que quidem cum non sit propositi mei: omittendo de eius tantūmodo scriptis luculentius disseremus. Qui cum esset eloquentissimus atq; disertissimus vir ad vtilitatem hominū nō modo hec que subiecta sunt edidit opuscula: sed alia multo plura reperiri minime potuerūt. Quorum de numero isti sunt.

¶ Libri diuini Hieronymi.

Expō fidei ad Damasiū papā li. i. icipit Credim⁹
Expositio Niceni cōsilij. l. fidei li. i. incipit Credimus in vnum
De fide christianorum li. i. Dauid gloriosus
De essentia trinitatis li. i. Ypotēs de⁹ pater
Contra hereticos li. i. Proxime accidit
Contra pelagianos li. i. Pelagius habeī
Contra Iouinianum li. i. Pauci admodum
Cōtra Luciferianū li. i. Proxime accidit
Cōtra vigilantium li. i. Vigilantius
Cōtra Origenē ō re car. Ante annos
Ad pamachiū t oceanū li. i. Si iuxta aplm
Ad Augustinū patrē nostrū apologeticum li. i. Domino sancto
Ad iulianū exhortatoriū li. i. Filius meus
Ad rusticū de penitentia li. i. Qui ignotus
De frugi t luxurioso li i. Nouerit
De corruptiōe. 70. iterptū li. i.
In psalterio ad susānaz li i. Dilectissimis
De. 15. signis diuini iudicij li. i.
De viris illustribus li. i. Scripsi librū
De distātia locorum li. i.
De studio scripturarū li. i. Incipit fr ambrosi⁹
De qōnibus hebraicis li. i. Ignota
De. 3 qōnib⁹ ad damasiū li. i. Breuis epistola
Ad fabiolā de veste sacer. li. i. Usq; hodie
De vita clericoz li. i. Petis a me
Epitaphiū Nepotiani li. i. Trādes materias
De institutione clerici li. i.
Epitaphiū sancte Paule li. i. Si mei conta
Ad tyrasiū de domitiōe li. i. Benedico t
Ad Alexādrū de re car. li. i. In ipso tam.
De cōtemptu mundi li. i. Quanto amore
De vita Pauli p̄mi eremite li. i. Inter mītos sepe
De vita Malchi li. i. Qui nauali
De origine aie ad Augu. li. Domino sancto
De vita clerici ad oceanū li. i. Sophronius
Cōtra Ruffinū p̄sbyterz li. i. Ex vestris t
De litteraz hebraicarum interpretatione librum vnum Audiuistertius
De vita mōachi ad rusticū li. i. Sufficere qui
De virginitate seruanda li. i. Audi filia
Ad demetriadē virginem li. i. Inter omnes
Ad atletam li. i. Apostol⁹ paulus
Ad matrē t filiā in gallijs li. i. Primū scire
De lapsu susāne li. i. Quid taces
Ad oceanum li. i. Unius vxoris
De lapsu sabini li. i. Semel quoq;
Ad agerūtiā de monaga li. i. In veteri via
Ad furiā ō viduitate fuāda li. i. Obsecras
Ad Flauiā de morte Hebridij librum vnum
Ad Paulā ō morte alcsille li. i. Quis dabit
Ad pamachiū ō morte Pauli librū vnū Sācto
De dormitione fabiole li. i. Plures anni
De vita monastica li. i. Bonus homo
De honorādis parētibus li. i. Parentum
De virtutib⁹ cardinalibus li. i. Tres quodam
De hebraicis locis li. i. Eusebius qui
In canticis canticoz li. 4. Epithalmiū
Sup cātica cāticoz item li. i. Beatissimo pape
De tribus naturis anime li. i. Anima tres
De osana li. i. Multi sunt
De ecclesiastica historia li. i. Cum apud

¶ Cōmentarij eius.

¶ Super Isaiā lib. 18. Super duodecim ꝓphetas lib. 22. Super Mattheū lib. 4. Super psalmo Domine refugiū librum vnū. Super Sicut cerous librum vnum. Super Confitemini domino quoniā bonus librum vnū. Super Nisi dñs edificauerit librū vnum. ¶ Sermones.

¶ De natiuitate dñi sermo. i. de epiphania dñi sermo. i. de quadragesima sermo. i. In vigilia pasce sermo. i. in die pasce sermo. i. De assumptiōe beate Marie virginis sermones duos. De vinculis Petri sermo. i. Epistole ad diuersos centum quinque. ¶ Translationes.

¶ Nouū t vetus testamentū transtulit in latinū: Historie ecclesiastice Eusebij Cesariēsis libros ex greco fecit latinos: Atq; eiusdē Eusebij chronichā de tēporibus. Omelias Origenis in canticis canticoz traduxit: t Josephum historicū transtulit: vt quodā eius prologo constat.

¶ Eusebius natione Cremonēsis beati Hieronymi discipulus precipuus: hisdē temporib⁹ floruit. Vir certe magistro suo eloquētia persimilis: qui inter cetera vitam oēm t transitū ipsius preceptoris sui pulchro conscripsit sermone.

¶ Paladius Scothorum ep̄scopus: homo plane vita t doctrina diuinus: per hoc tempus illo a

Celestino missus magnã occidentis partem sua opera ad Christi fidem convertit.
¶ Patriciũ etiã concives sancti Martini sororis filiũ: bisdẽ temporibus fuisse & floruisse ferunt: qui ibidẽ scilicet Scotia episcopus constitutus incredibili feruore Christũ euangelizauit.
¶ Philippus presbyter diui Hieronymi etiã auditor: per hoc idem tempus: cum eruditus esset: non nulla scripto mandauit: & quãmaxime vt in Job cõmẽtarios edidit: & familiares epistolas plurimas ad paupertatis & dolor tolerantiam exhortatorias scripsit.
¶ Encherius quoq; lugdunẽsis episcopus hoc codẽ in tempore in precio fuit: atq; paulopost diem obijt: qui cũ eruditus esset de contemptu mundi epistolã secularis philosophie plenã scripsit. Ac etiã quedã opuscula beati Cassiani lato tenso sermone in vnũ coartauit sermonẽ seu volumen.
¶ Vincentius quidã presbyter natione gallus homo sanc in scripturis sanctis egregie doctus: hoc tẽpore clarus existẽs ad euertẽdos hereticos validissimã disputationẽ nitido sermone construxit.
¶ Eutropiũ etiã presbyterꝝ beatissimi patris Augustini discipulũ bisdẽ quoq; tẽporib⁹ claruisse cõstat: q quidẽ romane historie epithomen elegãti satis stilo & ozone cõscripsit: ab vrbe cõdita incipiens vsq; ad tẽpora sua prosequẽs. Alia quoq; multa scripsit: & presertim ad duas sorores virgines epistolas composuit duas in modũ libelli: idest de pudicitia & religionis amore.
¶ Euagri⁹ alter vir doct⁹: p hoc tps Symonis iudei altercationẽ scripsit: ac etiã theophili xpiani.
5629 430 ¶ Theodotũ anciranum episcopum virũ non mediocriter doctum: per hos dies aduersus Nestoriẽ hereticum libũ scripsit dialetica arte ornatũ: atq; alia quedam.
¶ Hetius patritius Romanus vir fortissimus atq; strẽnuus: quẽ superiori anno Honorius impator in Cõstãtij locũ magister militũ subrogauerat: eo q Burgũdiões bello ꝓpescuisset: & Frãcos gallias occupãtes superatos icredibili cede repp̃ulisset: atq; alanos acerrimis plijs agitasset: hoc anno Vãdalor ac sueuor motꝰ ptimescẽs ex Hispania vlteriori in citeriorẽ cõfugit: qõ vbi itellexit Honor⁹ egre tulit: & eo statim abrogato Castinũ comitẽ scythã genere magistrũ militũ ac cõsulẽ declarauit: q receptis Hetij copijs ex exercitu repato in vlteriorẽ Hispaniã se ꝓuertit: vbi & auxilio Bonifacij comitis: q aphricã ꝓcurabat: & btõ pri Aug⁹ amicissim⁹ erat: res pclaras ꝑ Barbaros ipsos gessit: impiũq; romanũ magnope extulit. Cũq; eo anno defunct⁹ cẽt Honor⁹: Castino ꝓcurãte: & Hetio assentẽte: Joãnes qdã iperiũ inuasit: & hoc Hetũ sensisse dicunt: ꝓpter ignominiã ab Honorio impatore recepta q cum magistratu pnauerat. Nec eo cõtentus Hetius: sed etiã Hunnos. i. vngaros ad Italie inuasionẽ excitauit. Sz cũ Rome bãc obrẽ captus fuisset: ꝓmisit q Alanis & Hunnis psuaderet: vt apud Pãnonia se ꝓtinerẽt: qõ effecit: eo q i gratiã a Theodosio ipatore recept⁹ fuisset: & Galle pfect⁹ fuisset.
5630 431 Theodosius iunior Arcadij iperatoris fili⁹. xi. Cõstãtinopolitanus iperator: hoc anno qui est trecẽtesima olympias mortuo Honorio patruo suo in impio cõfirmatus cũ Valentiniano Placidie amite sue filio septẽ & viginti annis imperauit. princeps siquidẽ christianissim⁹: atq; perhumanus: qui imperium in multa rerũ ꝓturbatione accepit: & posscidit. Nã Aphricam ferme vniuersaz Genserico vandalorꝝ regi ablatã amisit: & Egypti partẽ occpidit. In Pãnonia quoq; & Vunnij Attila rege duce imperiũ vastauere. Multas etiã in Britãnia calamitates: direptiões: vastationesq; ptulit. Deinde Vesegothi: Sueui: & Alani Lusitaniã: Tharaconẽsemq; Hispaniã: & Aganiã capiẽtes aligeri flumine vsq; ad Carthaginẽ oia occupauere: ꝓuincijs qbusdã exceptis: videlz cantabris & asturibus: q ꝓ suo cõstãtia Romanorꝝ milites cõsernauere: q̃ qdẽ mala ꝓmeditans Theodosi⁹ Valentinianũ statim Cesarẽ fecit: quẽ qdẽ & cũ Placidia matre ad regẽdũ occidẽtalẽ iperiũ misit. Quo nãꝝ tẽpore Joãnes: quẽ diximus iperij inuasor: dũ Aphricã quã Bonifacius comes iperij nole obtinebat: bello reposcit: ad suiipsius defensionẽ ifirmior fact⁹ est. Quapropter Theodosi⁹ & Valentinianus Cesar mira felicitate ipꝝ Joãnẽ tyrãnũ oppꝛessere: regnũq; omne recepe: Hetio venia data: q Hunni quos ꝓ ipꝝ Joãnes acciperat: eiusdẽ studio & cõsilio ad ꝓpria redierẽ. Castinus aũt auctor Joãnis tyrãnidis in exiliũ actus est: statimq; totius Italie consensu Valentinianus Augustus & imperator appellatus est: & apud Rauẽnã imperij gubernacula suscepit. Theodosi⁹ autẽ: cũ p predictũ tempus laboriosissime imperasset ex peste defecit: nullo superstite filio derelicto.
pp. 47. Xtus cius nois tertius papa: natiõe Romanus: patre Prisco: post Celestinũ põtificẽ sedit
5631 432 annis octo & diebus nouẽ: Qui põtificatu inito a Basso quodã ꝓsbytero de adulterio reus in iudicio accusat. Sed septẽ & qnq̃ginta epoꝝ synodo ꝛegregata ita cãm suã purgauit vt ab oib⁹ vno cõsensu absolueret: & Bassius calũniator iniquus Valentiniano & Placidia annuẽtib⁹ in exiliũ mittit: vt habet in canone. 2. q. 5. c. Madadstis. Aiũt autẽ Bassum hũc post exiliũ nõ multũ supuixisse: sed tertio mẽse die extremũ clausisse: cui⁹ qdẽ corpus Sixtus ipse manib⁹ ꝓprijs cũ aromatib⁹ sepelire voluit. Die itaq; statuto mãdauit nullũ clericũ in alteri⁹ parrochia ordinari oino debere: vt habemus in canone. 71. di. cap. Clericos. Edificauit autẽ hic basilicam beate Marie virginis iuxta marcellũ Lybie q̃ postea sancta Maria maior appellata est. Cui qdẽ pontifex multa dona obtulit. Tãdẽ vt vir mirificus: cũ oia q̃ habuit paup⁹ erogasset: nõnullisq; ꝓsbyteris: diaconibusq; ac epis ordinatis mortꝰ: & apud corpus beati Laurentij in cripta sepelit: & tũc sedes vacauit dies. xxij.
5633 434 ¶ Bonifacius comes genere Thrax: Aphriceq; ꝓcurator: & beatissimi patris nostri Augustini intimus amator & obseruator: vir qdẽ catholicus & bello strẽnuus. Qui cũ Joannẽ tyrãnuz in Aphrica

post multa varijs quidē in locis ⁊ cuētu vario cōmissa pclia ītercessisset: ⁊ ab ipso Valētiniano īperatore ꝓuinciā repetitā nō reddidisset: hoc anno a Siluplio egregio Valētiniani duce ex Carthagine pulsus in Mauritaniā fugit: vbi cū prouinciā cōtra eū obtinere nō posse cerneret: Vandalorū ⁊ Alemanoꝝ ac Gothoꝝ gētes ab hispania in Aphricā cū Genserico quibusdā conditionibus apposis trāsmittit. Quod audiens Genserius: cōditionēq; acceptans statim traiecit: ⁊ vniuersam prouinciā ferro flāmisq; depopulatus est: ⁊ diuina: humanaq; fedans: etiā epiſcopos multos in exiliū misit: ⁊ Arrianas introduxit. Cūq; Carthaginē ⁊ Ipponē ciuitates cepisset: nec Bonifacio isti pacta seruaret: Bonifacius ipse merore cōfectus vita excessit.

¶ Genserius aūt scōs vādaloꝝ rex: q̄nis medio regni sui tpe Hispanos: Galloſq; ac Romanos cōtriuerit: hoc anno Carthagine illa ꝑpotēte ciuitate capta qnq̄gesimo ⁊ trigesimognto: videlz anno postq̄ Romanis cepat esse subiecta: bidē trigintaseptē annis regnauit: ⁊ octāuā ꝓuinciā Egyptūq; vsq; ad Ethiopiā: cū cedibus ⁊ rapinis multis suo subiugauit īperio. Eaq; p annū pōtū etiā classem maximam in Sicilia duxit: magnāq; predā abduxit: ⁊ in Aphricā transportauit. Eo aūt Genserico sine virili prole defuncto: Hymericus eius gener eo crudelior successit: ⁊ septē annis ⁊ quinq; mēsib⁹ regnauit. His Arrianoꝝ suasiōe terecētos epos exilio relegauit: Quo etiā morte sublata Guntamūdus Genserici frīs filī⁹ regnū accepit: vir catholicus atq; deuotus: q̄ statim catholicos epos ab exilio reuocauit: ⁊ duodecim annis regnauit: post quē Transimūdus Hymerici predicti filī⁹ regnauit quasi annis decē ⁊ octo. Et ita cū Vandalica ꝑsecutio centū annis durasset: sub Chilperico rege cessauit. In quo qdē Vandaloꝝ regnū finem accepit: scilicet Justiniani tēpore: vt infra dicet. 436 5635

¶ Augustinus aūtē maximus oium pater: ⁊ Ipponensis epūs viroꝝ oium cū scientia atq; sanctitate precipuus: hoc anno Genserico predicto Vandaloꝝ rege Ipponēsem ciuitatē suam obsidente: cū sextum ⁊ septuagesimū vite ageret annū: ⁊ in clericatu vel epiſcopatu quadragesimū quinto kalēdas Septēbris: ⁊ tertio obsidionis mense ante Bonifacīū comitē amicū suum diem obijt. Id enim a dño petierat ne patriā suā a Barbaris: qō cito euenit capi aut ruinā videret. Nouē deīde mēsibus Genserius ipse rex vrbē obsedit: quā demū cū ingēti cede cepit. Eius aūtē sanctum corpus in Basilica diuo Stephano dedicata eius mandato sepelit: comitante. s. vniuerso clero: ac Ipponensi populo: qui nō aliter flebat q̄ si vnico ac optimo parēte orbata fuisset. Inualescente postea: ac cūcta sedante vandaloꝝ perfidia: recedētibusq; cunctis Christi fidelibus id sanctissimū corpus in Sardiniā īsulam trāstulerunt. Regnante deinde in Lombardia Luitprādo Longobardoꝝ rege anno salutis nostre .737. cum Sardinie ducētos ⁊ quinquaginta annos honorifice tumulatū stetisset: eidē ipse Luitprādus illud ad se deferri curauit ⁊ Papie cū honore collocauit. Hic itaq; sanctissimus pater ⁊ doctor: vt Possidonius ad vrbē verbū dei vsq; ad extremā suā egritudinē īpetermisse alacriter ⁊ fortiter sana mente: sanoq; cōcilio in sancta ecclesia predicauit mēbris oib⁹ sui corporis incolumis: integro aspectu atq; auditu coram stantibus fratribus dormiuit cū patribus suis. Testamentū nullū fecit: quia vnde faceret nō habuit. Huius aūtē excellētissimi doctoris testimonia cum adsint innumerabilia eloquētissimoꝝ viroꝝ illius sanctitatē: atq; doctrinam excellentū. Illud precipuū refero quod nouissime Pius papa secundus in eius laudē his versibus cecinit dicens. 437 5636

Barbarice gentis decus augustine perbenne
Horrida quem nobis aphrica terra tulit.
Qui scripturarum profers archana sacrarum
Eloquijs referans abdita cuncta tuis
Doctior ingenuaq; omni cultissimus arte
Et studio prestans: ingenioq; nitens
Quem nihil obscurū latuit: sed ⁊ oia clarent
Atq; humana simul dogmata ⁊ alma parent
Cuius ⁊ instruimur doctrinis atq; monemur
Exemplis probitas cuius in orbe micat
Milia liboꝝ per te pater alme legumur
Edita q̄ promunt quicquid vbiq; latet
Sis fautor omnibus pius o sanctissime presul
Atq; deo tuas offer ad alta preces.

Edidit igitur gloriosus hic pater īfinita propemodū liboꝝ volumina. Sed que ad manus nostras eū solerti ingsitione deuenere hic subnectere cū coꝝ titulis atq; p̄ncipijs q̄diligētissime curauimus.

¶ Libri a patre Augustino editi.

De trinitate	li.xv. incipit Lecturus	Ad Orosiū dialogice	li.i. Licet multi
De ciuitate dei	li.22. Gloriosaz ciuitatē	De octo dulcicij q̄onibus	li.i. Quantum mihi
Confessionum	li.13. Magn⁹ es dñe	De vera īnocentia	li.i. Innocentia
De incarnatione Christi	li.i. Spes verborum	De magistro ad filiū suum	li.i. Per idem tēpus
De vita beata	li.i. Si ad philosophie	De musica	li.7. Modus quidē
Soliloquiorum	li.i. Cognoscam te	De collatione. x. preceptoꝝ	li.i. Non est sine
Manuale	li.i. Quoniā in medio	De cantico nouo	li.i. Omnis q̄ baptis.
De natura boni	li.i. Liber de natura	De nonaginta hereſibus	li.i. Simoniaci
De spiritu ⁊ anima	li.i. Q̄n dictum est	De quattuor ferijs	li.i. Celesti
De natura ⁊ gratia	li.i. Librum quem	De sermone dñi in monte	li.i. De sermone
De predestinatione	li.i. Vixisse quidem	De cōcordia euāgelij	li.4. Qui sermone
De libero arbitrio	li.i. Dic mihi queso	De nā ⁊ origi. aīe ad vicēdū	li.4. Quod mihi
De gr̄a ⁊ libero arbitrio	li.i. Propter eos	De eadē ad Renatum	li.i. Sinceritatem

De correctione ꝛ gratia li.i. Lectis litteris
De duabus animabus li.i. Opitulante deo
De quantitate anime li.i. Quoniã video
De spiritu ꝛ anima li.i. Lectis opus
De vera religione li.i. Cum omnis vite
De trinitate tractatus li.i. Catholice fidei
De. 4. virtutib⁹ cardinalib⁹ li.i. Beliderium
De peccato originali li.2. Quam de nostra
De ꝓdestinatione diuina li.i. Dum sacrarum
De patientia li.i. Virtus animi
De penitentia item li.i. Doꝛs pe.
De immortalitate anime li.i. Si alicubi
De prescientia dei li.i. Queris vtrum
De prescientia dei ꝛep li.i. Fateor me
De natura rerum li.i. Optatio diuina
Enchiridion li.i. Fundamẽtũ aliud
De videndo deum li.i. Memor dei mei
De vita christiana li.i. Si ego peccator
De agone christiano li.i. Corone dicto
De fide ad Petrum li.3. Epistolã filij
De fide rerũ inuisibilium li.i. Sũt qui putant
De fide ꝛ operibus li.i. Quibusdam
De fide in symbolo li.i Quoniã scriptũ est
De vtilitate credendi li.i. Si mihi homo
De corpore christi li.i. Sicut ꝛ nos
De elemosyna li.i. Multa ꝛ
De pastoribus li.i. Spes tua
De ouibus li.i. Verba que
De gr̃a noui testamenti li.i. Quoniã mihi
De eo qõ scriptũ est qui cõtra legem seruauerit ad Hieronymum li.i. Quid ad te
Sup nouũ ꝛ vetus testa. li.i.
Sup genesim ad litterã li.12. Omnis diuina
Sup genesim ité iperfecte li.i. Si eligerent
De mirabilib⁹ sacre scrip. li.3. Dipotens dei
De decem cordis li.i. dominus ꝛ deus
De cura hũda ꝓ mortuis li.i. Diui scitati tue
De mendacio li.i. Magna questio
Cõtra mendaciũ li.i. Multa mihi
De conflictu vitiorum li.i. Apostolica vox
De.12. gradibus abusiõis li.i. Post
De diuinatione demonũ li.i. Quodã die
De catheciçismo li.i. Qui in proximo
De baptismo paruulor li.4. Quamuis
De vnico baptismo li.7. Respondere
De baptismo cõ donatistas li.i. libris
De virginitate li.i. Librum de
De vera viduitate li.i. Augusti. episcopus
De bono cõiugali li.i Quoniam
De nuptijs ꝛ cõcubijs li.i. Heretici noui
De adulterinis cõiugijs li.i. Prima q̃stio
De perfectione iustitie li.i. Sanctis fratribus
De penitentia item li.i. Quam sit
Cõtra aduersa le. ꝛ ꝓphe. li.2. Quare misistis
Cõtra Gaudentiũ epm li.4. Noueram te
Contra Julianum li.6. Cõtumelias
Psalmi ꝓtra partẽ donati li.i. Omnes qui de
Cõtra epl̃as dõati hereticl li.i. Abs te ipso
Cõtra partẽ Donati li.2. Quoniã donati
Contra Hylarium li.i. Qui dicunt
De cadẽ re ad Petrum li.i. Omnino
De cadẽ re ad Joannem li.i. Deum nemo
De loco iacef. vbi dr̃ habitat li.i. Vere domine
De eccl'iasticis dogmatib⁹ li.i. Credimus
De ordine li.2. Ordinem
Regula ad eremitas li.i. Hec sunt
Regula alia communis li.i. Ante omnia
De opere monachor li.i. Jussioni tue
De vici iudicij li.i. De vic
De catheciçãdis rudibus li.i. Petisti
Questiones.12i. noui ꝛ veteris testamenti
In qnque libris Moysi: ꝛ Jesu naue: ꝛ in iudicũ
Annotatiões in Job: incipit: Opera magna
Expositiões psalterij in ducẽtis quinque tractatibus volumina tria magna
Expositio de muliere forti: Prestabat nobis
Super Joannẽ omelias cẽtum vigintiduas: Intuentes quod
Super epistolam cinsdẽ omelias decẽ: eẽ crat
Expositio epistole Jacobi duodecim tribus
Expositio epistole ad Romanos: Ibi qui sunt
Expositio epl̃e ad Galathas: Causaz ꝓp quam
Expositio: Quicũqz vult saluus: Traditur
Expositio symboli item li.i. Inter pressuras
De renũciatione seculi li.i. Carissimi mei
De octogintatribus qõnib⁹ li.i. Utrum anima
Cõtra qnque hereses li.i. Debito: sum
De moribus donatistar li.i. Dilectissimo fri.
De correctiõe cor ab Bõi. li.i. Laudas gra.
Secta contra Fortunatũ li.i. Ego iam
De morib⁹ eccle. ꝛ mani. li.2. In alijs libris
Sub qua cautela sunt recipiendi manichei
Cõtra faustũ manicheũ li. 23. Frustra quidez
De heresib⁹ q̃ sunt. 12. li.i. Quo petis
Cõtra maximũ hereticũ li.i. Disputationem
Contra eundem li.i. Augustinus
Cõtra felicianũ arrianũ li.i Extorsisti
Ad ingsitiones Januarij li.2. Ad ea que
Cõtra epistolã parmenia li.4. Multa quidem
Cõtra epl'as potiliani li.3. Hostis vos
Cõtra epl'am fundamẽti li.i. Secundum deuz
Ad probã de orando deũ li.i. Ut petisse
De assũptiõe beate Ma. li.i Quis ꝓfundisse
De periurio sermo vnus: Corona vicio
Cõnes euangeliorum li.2. Hoc opus
De verbis domini li.i. Euãgeliũ Audi.
Retractationũ li.2. Jam diu
Ad Simplicianum li.2.
De grammatica li.i.
De rhetorica li.i.
De geometria li.i.
Ad Creseoniũ grãmati. li.4. Quando ad te
Contra arrianos li.i. Eorum precedẽti
Cõtra qõ attulit cẽtri⁹ a dõatis. dicit eo q̃ scripsit
Sermones ad eremitas: incipiunt: Fratres mei
Epistole ad diuersos ꝛ ecõtra numero.ii2.
Epistole ad Hieronymũ: ꝛ ad quosdam numero septuagintaocto.
In annuis festis dñicis: ꝛ i plerisqz setor natalitijs: ꝛ de alijs rebus sermones qui pre multitudi.

Cõtra aliqs donatistas li.i. Quare timetis
Cõtra nescio quẽdã dõati. li.i. Probationes
Admonitiões donatista. li.i. Quicunqz ea.
Hesiox cũ emerito Bona. li.i. Gloriosis
De diuersis reb⁹ ad dia. li.i. Quod petis
De3 qõnb⁹ p̃ paganos li.i. Mouet quosdam
Cõfutatio quorũdã aplox sibi falso impositox
ne numerari non possunt: Locutus est.
Cõtra Felicẽ manichẽũ li.2. Honoris
Cõtra fm manichẽũ li.i. Benivolentiam
De disciplina li.i.
De dialetica li.i.
De arismetrica li.i.
De philosophia li.i.

¶ Hylarius gallus Arelatẽsis eps per hec tẽpora sanctitate ꝛ doctrina clarus ꝛ isignis fuit: q adeo paupertatis amator extitit: ꝛ erga inopes sui corporis labore sollicitus fuit: vt de eo reficiaꝫ q̃ pro reficiendis pauperibus etiã labores rusticanox: licet clarissimus haberetur persepe exercebat: nec pro pterea spiritualia negligebat. Tradũt hunc quedã moralia opuscula edidisse: ꝛ potissimũ Honorati predecessoris sui viri sanctissimi vitam ad multox vtilitatem composuisse. 439 5633

¶ Siluanus massiliẽsis presbyter: vir divina humanaqz disciplina edoctus his tẽpoꝛib⁹ eas ob res sua in vrbe in precio fuit: qui ꝛ de virginitatis bono eleganti ꝛ aperto sermone libros tres composuit. Atqz de auaritia libros quattuor. De presentiqz iudicio libros sex. Epistolarum librũ vnum. In genesi Exameron lib. i. ꝛ omelias multas.

¶ Victorinũ silr Massiliẽsem rhetorẽ luculẽtissimũ his dieb⁹ vita excessisse tradũt: q ꝛ in genesi. i. ꝑncipio libri vsqz ad obitũ Abrae pulchre cõmẽtatus est: ꝛ alios metro xp̃iano sensu edidit libros.

¶ Maximinus natione Italus: Tharsensis eps: in diuinis quidẽ scripturis eruditus: ꝛ ad docendã ex tpe plebẽ sufficientissimus: hoc anno. 7° kal. Julij apud eandẽ vrbẽ quieuit in pace. Qui preter sanctitatẽ maximã etiã in cõponẽdis omelijs atqz sermõibus clarus ꝛ celebris extitit. Cõposuit nãqz inter ceteros tractatus. De apostolox: deqz Joãnis baptiste laudibus: ac de beato Eusebio vercellẽsi: ꝛ sancto Cypriano duos tractatus. Sed ꝛ de baptismi gratia librũ vnũ. De auaritia ꝛ hospitalitate librũ vnũ. de lune defectu librũ vnum. de elemosynis librũ vnũ. de ieiunio librũ vnuz. De passione xp̃i librum vnũ. de Juda proditore librũ vnum. de cruce domini librũ vnum. de sepulchro eiusdẽ libruz. i. de resurrectione domini librum vnũ. de accusatione domini ad Pilatum librũ vnum. de kalẽdis Januarij omeliam. de natale domini omeliam. de theophina ꝛ de pascha: ꝛ de penthecoste multas: deqz hostibus carnalibus non timendis: Et de gratia post cibum agenda: atqz de Niniuitax penitentia librum vnum. Et sermones plurimos: multasqz omelias. 440 5639

¶ Orosius autẽ Hispanus: patria Taraconẽsis: diuiqz patris nostri Augustini discipulus: vir qui dẽ eloquẽs: ꝛ multax rerũ cognitor: his tẽporibus defuncto patre Augustino Romã venit: ꝛ septem libros aduersus gentes edidit: in qbus totius pene mundi calamitates ꝛ miserias: ac bellox inquietudines replicans ostendit magis christiane obseruantie esse q̃ cõtra meritũ suum Romana respublica adhuc duraret: ꝛ pace culture dei pacatũ retineret imperiũ: q̃ ꝛc. Chronicã ab exordio mũdi vsqz ad sua tẽpora scripsit. Et de ormista: idest de miseria mundi intitulauit. Hic ipse est ille Orosi⁹ quẽ divus pater Augustinus pro adipiscẽda aie rõne ad Hieronymũ hierosolymã misit: qui dum rediret: etiam quasdam beati Stephani prothomartyris reliquias nuper inuentas primus attulit occidenti.

¶ Petroniũ etiã monachum ꝛ Bononiensem episcopum sanctissimũ quidẽ virũ: hisdẽ temporibus floruisse dicunt: qui ab ipsa sua adolescentia in regulis monachoꝝ exercitatus: cum esset eruditus vitas patrũ eleganter conscripsit: quas quidem velut confessionis sue normã monachi omnes postmodum complexi sunt. Fertur ꝛ eius de episcopi ordinatione tractatus.

¶ Joannẽ quoqz damascenũ monachũ optimũ atqz beatissimũ: ac precipue insignẽ theologũ huic etati nõnulli assignauit: eo q̃ Theodosio familiarissimũ fuisse tradãt. Hic itaqz cũ theologus preciꝑuus haberetur: etiã quattuor sententiax libros edidit. quox ꝑncipiũ est: Nemo deũ vidit vnq̃. In quibus de fide: deqz xp̃ianitate atqz baptismo optime ptractat: vbi Gregoriũ naçãçenũ: Gregoriũqz nicenũ: ac Didimũ alexãdrinũ plurimũ imitat⁹ est. Itẽ cur deus ꝛ homo sit: in duob⁹ libris explicuit: Incipitqz: Sepe ꝛc. li. q̃z medice artis edidisse fertur: in qbus morboꝝ causas describit ꝛ medelas: in huius autẽ viri ꝑconiũ multa admiratiõe digna Prudẽrius doctor scribit q̃ brevitatis causa omitto.

¶ Diabolũ hoc anno in creta insula Moysi personã assumpsisse tradunt: ꝛ multos iudeos ea in insula decepisse ferunt: dum eos ex eadẽ insula in terram promissionis ad similitudinẽ veteris testamẽti historie sicco pede per mare perducere pollicetur: quia ex his qui falsum Moysen secuti sunt vndis periere. Quo cognito reliqui iudei ea in insula Christi baptisma susceperc. 441 5640

LEo cius nois ꝑm⁹ papa natiõe thuscus: ꝑre Quintiano: post Syxtũ põtificẽ sedit annis. 21. mẽse vno ꝛ dieb⁹. 13. Hic ob dignitatẽ ꝛ ꝑcipuã doctrinã cognomẽto magn⁹ ꝛ dignitate ꝑm⁹ habit⁹ fuit: eo q̃ eloquẽtia nemini cesserit: ꝛ multos sapiẽtia ꝑcelluerit. Brevitatis qppe magister: ꝛ vniuerse vtutis ac sanctitatis pene artifex fuerit. Et ꝓpterea in calcidonẽsi synodo summa patrũ oiuz admiratiõe ꝛ concordia ter setũs acclãmatus est. Ipse.n. Leo: vt qdã ait: fuit ecclesiasticc ditionis titulus theologie Homer⁹: rõnũ fidei Aristoteles: Petrus in põtificio trono: ꝛ Paulus in pulpito xp̃iano: q certe ad ꝓfirmãdã xp̃ianox fidẽ tyrãnox rabie quassatã ac semi collapsam Gratiano pito xp̃iano: q certe ad ꝓfirmãdã xp̃ianox fidẽ tyrãnox rabie quassatã ac semi collapsam Gratiano ꝛeste multa cõstituit. Et primo vt nullus seruitutis obnoxius ad clericatus officiũ promoueꝛ nisi de 441 5641

licentia speciali sui episcopi: sicut habet in decretis. 5 4. di. c. Nullus epor seruũ. Item vt nullus metropolitanus ablq; pmatis cõscientia ordinaret: seu consecraret. 65. di. c. De persona. Censuit item: vt necessitate cogẽte omni tẽpore quis baptiçari possit: vt de cõse. di. 4. c. Hi qui necessitate. Voluit item eo in baptismo aut cõfirmatiõe vnus tantũ acciperet patrinus: de cõse. di. 4. Dis pbyter. Mãdauit etiã allcluya t Glo. in excelsis deo in septuagesima intermitti: de cõse. di. 2. c. Hi duo. Cõstituitq; preterea: vt intra actionẽ mysterij ducerẽt. Hãc igitur oblationẽ vsq; placatus accipias. Itẽ vt nulla mo nacha velamẽ capitis benedictũ accipet: nisi approbatũ fuisset cã q̃draginta annis caste t integre vixisse. 34. q. 5. c. Ille famule. Multas hic vbis reparatiões pro posse fecit: ac multa templa collapsa restituit. Sepulchris quoq; apostolor Petri t Pauli ex clero Ro. custodes addidit: quos cubicularios appellauit. Monasteriũ insuper prope sanctum Petrum cõdidit: t multos prouentus assignauit: postremo vno t octoginta presbyteris creatis diaconibus. 30. t episcopis per diuersa loca numero. 86. 4. idus Aprilis moritur: t in vaticano apud sanctũ Petrũ sepelitur. Hic itaq; doctissimus pontifex decretales: epistolas plurimas: t omelias atq; sermones ꝓplurimos edidit: quor tituli sunt hi. f.

De elemosina sermones quinq;: Principium primi est Multis.
De ieiunio sermo. 8. principium Si fide.
De epiphania sermo. 8. principium Celebrato.
De passione dñi sermo. 4. principiũ Semper.
De ascensione dñi sermo. 3. prin. Post beatã.
De pẽthecoste sermo. 4. prin. Hodiernũ.
De ieiunio. 7. sermo. 9. pncipiũ Observantiã.
De apostolis sermo. 3. pncipiũ Omnium.
De sancto Laurẽtio sermo. 1. pncipiũ Cũ oĩz.
De machabeis sermo. 1. pncipiũ Gratias.
De transfiguratione dñi omelias. 2. Euãgelica.
De nativitate dñi sermo. x. principium Salua.
De quadragesima sermo. 8. principiũ Hebreorum.
De resurrectione dñi sermo. 21. pnciptũ Sctissimi.
De ieiunio pẽthecо. sermo. 3. prin. Dubitandum.
In festo oĩz sanctor omeliã vnã pncipiq; pdicãte.
Symbolũ nicenũ. 318. patrũ: pncipium Credimus.
Ad leonẽ iperatorẽ epistolas. 2. pncipiũ Officijs q̃.
Ad Anatholiũ epm epl'az. 1. pncipiũ Gaudeamus.
Ad Flauianũ epz epl'as. 8. pncipium Dilectissimo.
In anniuersario sui põtificatus sermones tres.

Cõtra Eutbicen tractatus de incarnatione dñi: in quo redarguit eius blasphemiã pessimã. cuius textus tantã postmodũ ab ecclesia obtinuit auctoritatẽ: vt nulli fas sit ei etiã in minimo dissentire: sicut habet in canone. 16. di. c. Sãcta ro. eccl. Alia q̃q; multa põtifex hic scissim⁹ edidit: q̃ videre nõ meruit.

5645 446 Merlinũ anglũ vatẽ insignẽ ex regia filia monacha t Incubo demone natũ: vt nõnullis placet: his tpibus fuit t claruit. Huius nãq; mater Demetrie regis filia fuit: que iter quasdã monachas sancti Petri enutrita in vrbe Chacimedin: virũ nunq̃ cognouisse cõtestata est. Sed aliquando dixit: visum ei fuit quendã pulcherrime speciei virũ eam fuisse amplexatã: indeq; euanescentẽ gravidã se cognouisse: t illũ tandẽ peperisse: t postea in virũ magnũ euasisse. Huius autẽ Merlini instinctu Vortigerius Britonũ rex Christi fidẽ in imensum auxit: cui successit Uterpandagron eius frater q magni Arturi pater fuit: deinde idem vter ꝓphetauit esse caput draconis: quia per draconẽ stella prenũciatus est. De cuius Merlini gestis multa fortassis q̃ satis est scribitur.

Hunnorum regni principium.

5646 447 Hunni Scythice gẽtes efferacissime gdẽ fuerunt: ac in Scythia originem habuerũt: t Ripheos mõtes Gothie propingores primũ incoluerũt. hi nãq; Gothos qui post Constantinũ magnũ: vt premissum est: multis cladibus ab ipso acceptis in eor natali solo per annos circiter septuaginta primũ suo imperio subiecerũt: ꝓpter qõ t Gothi bifarie se diuidẽtes: alij Ostrogothe cognominari voluerunt: t bi orietales fuere: occidẽtales vero Uesegothe appellati sunt. Uesegothas autẽ supioribus diebus Hunni suis sedibus eijcientes regnũ eor adepti sunt. Hor igit Hunnorum reges primi fuerũt Octar t Reas filij cuiusdaz nobilissimi inter Hunnos Hundçeturo noie: qbus defunctis in regno Bleda t Attila germani successerũt. Attila autẽ cũ supbissimus esset t bellor amator. Bleda autem pacificus: nec Attile inigtati assentiret: lõgioreq; militiã dissuaderet: t alios reges videlicet Ostrogothar t gepidar: nõ tanq̃ subditos: sed vt veros socios habẽdos esse censeret: indignatus Attila cũ Budalie vbis muro cingendã operã daret: ipsum Beldã per fraudes interfici procurauit: quo mortuo Attila cũ vnicus Hunnor rex t rector haberet: vt etiã oĩbus terroi esset: Ostrogotharuz t Epidar reges socios subditor loco habere cepit. Inde cum vniuersas Pãnonias occupasset: etiã Macedoniã: Mysiam: Achaiã: t vtrasq; Thracias ferro: flãmaq; cũ fratre primo deuastasset: eo fratre obtruncato alas sumens ad occupandũ occidẽtale imperiũ: copias vndiq; collegit: atq; iter statim cepit: cõtra quẽ Valentinianus cesar qui ipsum occidentale imperiũ regebat pugnaturus misit epistolam ad Ostrogothas sub his verbis: Prudẽtie vestre cõspirare aduersus tyrannũ interest qui optat mundi generale seruitiũ qui causas pretij nõ refugit: sed qõ libuerit legitimũ putat. Sola licentia superbiã sanat. Cunctor veniq; meretur odiuz: qui oĩum se gratis facit inimicũ. Sed illi in hunc modum rescripsere: Vos fecistis Attilã inimicũ: desideriũ vestrum habetis: Cõuenitur itaq; apud Vivernã in campis Cathelaunicis Tholose subiectis: ibiq; magno aior ardore prelium vtrinq; cõmittitur: cui quidẽ simile nulla retro narrat historia. In quo quidẽ prelio ad centũ octoginta milia hominum vtriusq; partis cecidisse. Entro. refert nullo inclinãte aciem aut cedẽte. Eo tamẽ in prelio Theodoricum regẽ suor magis pressura allisum q̃ hostiuz ferro cum Burgondie duce occubuisse ferunt.

Attila primus rex Hunnor

Attila victus ad Tholosam

Unde t

Unde z Hunnis terga vertentibus Attila in Pannoniā semiuict⁹ refugit: vt scilicet colligeret exercit⁹.
¶ Attila igit hunnoꝝ rex hoc anno exercitu instaurato ad priorē ferme magnitudine p germaniā 5649 5649
in Illyricū: in Sclauoniā redijt: z statim Tragurijū: Sibinicū: Beluradū: Jaderā: Segnia: Polam: z alia multa oppida diripuit z incendit. Inde z Arsiam fluuiū z Tergestinū sinū trāscendens viam ferro sibi aperuit: z in Aquileiā se recepit: quā cū per triennū obsedisset: z pugnasset: tandē multis machinis cōcussam cepit: diripuit atqz iccendit: q nulli hoium parcēs flagellū dei se noiauit. Inde ruptis claustris p totā italiā se effudit: z vrbes oēs occupans: videlz Patauiū: Vincētiā: Veronā: Brixiam: Bergomū: Mediolanū: Paptā: Bononiaz: ac vniuersam marchiā multas strages dedit. Hinc per Etruriē vrbes idipsuz peregit malū: Florentiā vero: q̄q̄ se spōte dedisset: vniuersaz diripuit: q̄ dire pta solo eq̄uit: q̄ z vsqz ad Caroli magni tēpora sine habitatore fuit. Iturus postremo Romam vt id ipsuz faceret Leo pōtifex italie z vrbis romane calamitatē miseratus. Valētinianū principē etiā horatus post aliquot dies eo in loco vbi mintius fluui⁹ padū influit: venit z ei obuiā factus psuasit ne vltra pgederet: q statim pōtifici paruit. vnde nō solū romanā: sed etiā totius italie reportauit salutem. mirātibus vero barbaris cur sic cōtra oēz eius cōsuetudinē Attila pontificē venerabatus fuisset. Attila respondit q̄ dū simul loq̄rent: duos se vidisse viros supra caput suū strictos tenere gladios ac mortē minātes: nisi pōtifici pareret. Hi nāqz Petrus z Paulus apli fuere. Inde statim mouēs pannonias repetijt: z in Noricū vbi nūc Bauaria z Austria est: resedit: ibiqz a suis militib⁹ paulopost mlīs vulneribus cōfossus interijt. Alibi tū habet q̄ ꝓprio sanguine suffocat⁹ fuerit: hic multas vno tēpore habuit vxores: inter q̄s celebris erat Ildicon spectosissima mulierꝝ: cū qua dum aliquādo dormiret sanguine effuso suffocatus est. Fuit hic forma brevis: pectore lato: capite grādiore: minutis oculis: rara barba: cānis: aspersus: simo naso: tetro colore: ferocitatis sue signa preferentes: duos habuit filios: Hernachū z Buritbū: cōtra quos Gundi z Eruli ac Thuringi suasiōe Ostrogothaꝝ regia arma mouentes ipsos superarūt: q terrore pcussi in Scythiā fugerūt: nec vltra Hunnoꝝ arma in gothos audita fuerūt. His superatis Theodemus ostrogothaꝝ: z Bedericus Gepidaꝝ reges statim in libertatē se vendicauere. Eadē autē nocte qua Attila moriuus est Martianus iperator apud Constātinopolim per somnium arcum Attile fractum vidit.

¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Desiderius lingoniēsis episcopus vir sanctitate z scientia cōspicuus hoc anno decimo kal. Junij 451 5650
apud eandē vrbē a Vādalis z Hunnis martyrio coronat: qui cū plebē suam videret ab exercitu vandaloꝝ plurimū vexari: pro eo supplicaturus exijt: statimqz iugulari iussus est. At ipse intrepide pro ouibus suis cervicem libentissime extendens gladio percussus migrauit ad Christū: cū quo etiā alij multi ex grege suo passi referunt: z apud eandē vrbē conditi.

¶ Aduētius Hispanus episcopus magni ardoris z sanctitati vir: per hoc tempus aduersus hereticos de fide catholica librū egregiū edidit: in quo maxime cōtra photinianos: manicheos: sabellianos z Arrianos disputans ostendit filiū dei coeternalē fuisse patri.

¶ Prosperū etiam aquitanicū Rheginū episcopū virū eruditissimū per hoc tēpus floruisse ꝓstat eo q̄ a Leone pōtifice magno ob eloquētiam notarius apostolicus electus fuerit: z ipsius Leonis pape epistolas aduersus Eutbicen de vera Christi incarnatiōe ad diuersos datas ab isto Prospero emanatas fuisse credat. Scripsit itaqz hic ꝑsper de vita cōtemplatiua li. 3. ꝓncipiū eius sic incipit. Contēplatiua vita. Itē summā grandē ad trecentaꝝ z. 30. positionū: ꝓncipiū. Scientia vera est que nec sibi Itē historiā apprimi hois cōditione iuxta diuinaꝝ scripturaꝝ fidē vsqz ad Valentiniani principis obitū cōscripsit. Itē de Rome captiuitate a Gēserico rege facta. Extāt quoqz z eius opera aduersus Cassiani opuscula: z alius liber heroicis versibus: atqz ita cū multis meritis z celebri doctrina xpi ē luminasset ecclesiā atqz Euticianā z Nestorianā in heresim scriptis plurimū repressit. 7. kalē. Julij apud eandē Rheginā ciuitatē quieuit in pace: z codē die eius natale celebratur.

¶ Asclepius Apber episcopus per hoc tempus cum in dicendo z orando magna in opinione haberetur: etiam aduersus arrianos z donatistas multa composuit.

¶ Paulus quoqz pānonius ꝑsbyter hac tēpestate in ꝑcio existēs de virginitate scriptā libellos edidit multos: Atqz de cōceptu mūdi. Deqz vite institutione: ac alios duos: z quidē diuinos ad Cōstantiam virginē editos obtulit: in qbus meminit voluptatē z libidinē Jouiniani heretici ꝑdicatoris: cui in tantū ꝓtinentie z castitati vite ēstitutio cōtraria fuit: vt inter luxuriosas epulas aīam euomerit.

¶ Petrus quidā Edissene ecclesie presbyter insignis declamator per hec tempora egregios variaꝝ causarū edidit tractatus: z multos psalmos metro composuit.

¶ Samuel quidā alter eiusdē Edissene ecclesie ꝑsbyter: hac tēpestate cōtra inimicos ecclesie catholice syro sermone cōposuit: z precipue cōtra nestorianos: eutbicianos: z thimotheanos ostendēs nestorianis deū z hoiem non parū ex virgine fuisse natū. Euticianis autē verū humani generis carnē fuisse a deo assumptā: z nō de celo exhibitā. Thimotheanis ita deniqz in verbū carnē factū vt manente verbo in sua substātia: z hoīe in sua natura societate: nō immixtione vnā filij dei reddidisse ꝑsonā.

¶ Musens massiliensis ecclesie ꝑsbyter in diuinis scripturis sufficienter edoctus per hoc tēpus de sacramentis volumen egregiū composuit: ac omelias multas declamauit: atqz ex sacris scripturis le

ctiones totius anni festiuis ac dñicis diebꝫ aptas excerpsit ⁊ ordinauit: ac etiã responsoria psalmos ⁊ capitula ipt ⁊ lectiõibꝫ ꝓgrua cõposuit: qõ qdẽ sanctissimũ opus postmodũ illi ecclie cõfirmatũ fuit.

¶ Thymoteus quidꝫ hereticus ⁊ hereſiarches eps bis ferme tẽporibus insaniẽs multos errores disseminauit: ⁊ ad Leonẽ imperatorẽ postmodũ libellũ valde suasoriũ scripsit ⁊ misit: quẽ qdẽ prauo sensu patrum testimonijs intantũ roborare conatus est: vt ad decipiendũ iperatorẽ ⁊ suã hereſim cõstituẽdã Leonẽ pene papã: ⁊ Calcidonẽſem synodũ ac oẽs occidẽtales epiſcopos illoꝝ adminiculo nestorianos ostẽderet: Sed fauẽte deo ab ipso calcidonẽſi cõsilio perpetuo exilio damnatus est.

¶ Eutbices similiter hereſiarches cõstantinopolitanus abbas ⁊ ipse per hoc tẽpus suũ dogmatiçat errorẽ: asserẽs vnã esse naturã verbi dei ⁊ carnis: quã hereſim cũ Flauianus constantinopolitanus eps damnasset: Theodosio fauente Epheſina indicit synodus in qua Dioſcoro alexandrino epiſcopo preſidente Eutices ipse iam damnatus exilio relegatur.

¶ Terremotus maximus apud Constantinopolim per quattuor menses continuos biſdẽ temporibus fuisse dicit: Sed infante quodã monente: vt cantaretur ter Sanctus sanctus sanctus deus sortis ⁊ imortalis miserere nobis: statim omnino cessauit. Quod quidẽ verbũ postmodũ in calcidonẽſi cõcilio dici in eccleſijs mandatũ fuit: vt habetur in canone: tẽ.

¶ Torismundus octauus gotthoꝝ rex Theodorico patre in bello Attile interfecto in regnũ gotthorũ succeſſit: ⁊ septẽ annis regnauit: qui cũ id tẽpus regnasset: mortuo Theodosio: ⁊ Valẽtiniano Augustus videns imperij calamitatẽ: nihilqꝫ amplius timens citeriorẽ Hiſpaniã: ⁊ quaſdã Gallie ciuitates extra Burgondionũ ⁊ Francoꝝ ditionẽ cõſtitutas oẽs inuasit ⁊ sibi subegit. Hic namqꝫ Torismundus cũ cum patre in bello contra Attilã militauerat: ⁊ mortui patris repperisset cadauer: statim regijs exequijs illud apud Tholoſam sepelliuit: Quo sepulto Hetio galliaꝝ prefecto suasit vt Hunnos superatos perſequeretur. Sed ille renuens dixit ⁊ Hunnos victos: ⁊ Veſegothas victores vereri: quo responso Torismũdus in regnũ redijt. qõ certe fratres occupare conabantur.

5651 452 In Martianus duodecimus Cõstantinopolitanus imperator: Theodosio ex peste sublato imperauit cũ Valentiniano iam Ceſare cõstituto annis septem. Is princeps catholicus fuit: ⁊ catholicis plurimũ fauit: qui vt iperaret Theodoſij sororẽ cum orientis imperio vxorẽ accepit. Et Attila mortuo (vt diximus) eadẽ nocte per somniũ eius arcum cõfractũ vidit. Eo itaqꝫ imperiũ suscipiente: cum imperiũ occidentale ob orientali quaſi diuiſum esset has prouincias: videlicet Germaniã: Baciam: Sarmatam: Hiſpaniã: Aquitaniã: Vaſconiam: Eduẽtiũ: ⁊ gallias orientale imperiũ amisit: nec vltra deinceps reparare potuit: ⁊ iam Francis imperij porte aperiri vſe sunt. Et licet Torismũdus Tholoſanus rex citerioris Hiſpanie ciuitates occupasset: Francoꝝ tamen ditionẽ minime tentare voluit. Cunqꝫ in his preſſuris septẽ annis imperasset: ⁊ iam Valentinianũ imperij cõſortem a Trãſilla Hetij cõmilitone obtrũcatũ itellexisset: dolore animi ⁊ ipse sine liberis mortuus est.

¶ Francorum regni principium iteratio.

¶ Feramundus primus Francoꝝ rex Marcomiri filius bis temporibus in Gallia regnare cepit: et regnauit annis. 8. Hi namqꝫ Franci primũ Germani populi fuere a quodã nomine Franco troiano nobili: vt superius libro tertio dictũ est: noiati in Franconia prouincia cõſtituti. Quã quidẽ prouinciam Conſtantius magni Cõſtantini filius cum oibus populis domauerat. Hi quippe vſqꝫ ad Honorij ⁊ Archadij iperatoꝝ tẽpora quieti in eadẽ patria pmãsere. Sed septimo iperij eoꝝ anno mutãdi melioris ſolis gratia: patrijs ſedibus relictis: Rhenũ fluuiũ trãſierunt: ⁊ apud Treueros: Meteneſes ⁊ Marcomẽſes: Tullenſesqꝫ: ac Veredumẽſes cõſederũt. Sed paulopoſt etiam vltra Rhenũ repulſi iterato bis tẽporibꝫ ⁊ Frãconio ꝓfecti: in Senonẽſiũ ꝓuincia apud Pariſius Clodione ⁊ Horoneo eiꝰ filio ducibꝫ ſedẽ poſuere. qbꝰ mortuis hic Feramũdus regnũ ſuſcepit: ⁊ multa ſtrẽnue geſſit.

5652 453 ¶ Synodus. 4ª. vniuerſalis. 630. epiſcoporũ: hoc ipso anno apud Calcidonẽſem vrbẽ auctoritate Leonis pape: ⁊ Martiani ꝓncipis indicit: Quoꝝ auctoritate decernit credendũ duas in xpo fuiſſe naturas: vtqꝫ vnus idẽ Chriſtus deus ⁊ homo crederet. Quibus ex ſententia decretis ſtatim Hestoriꝰ ⁊ Eutices nefandꝰ hereticus manicheoꝝ pſul dãnat: ac oẽs manicheoꝝ libri publice cõbuſti ſũt.

¶ Vrſula virgo gloriosa natione Anglica: his tẽporibus apud Coloniã germanie vrbẽ quũ vndecim virginũ milibus ab Hunnis sub Attila rege militãtibus glorioſiſſimo martyrio coronata vndecimo kal. Nouẽbris migrauit ad supos: quoꝝ corpora ibidẽ a chriſtianis sepulta maximo in precio semp habita ſunt. Sanctiſſimũ autẽ Vrſule caput Bergomũ postmodũ trãſlatũ in cõuentu nostro diuini Auguſtini maxima in veneratiõe habet. Celebrat autẽ eoꝝ feſtum vndecimo kal. Nouẽbris.

5655 456 ¶ Maximianus patricius Romanus hoc anno qui est quartus imperij Martiani annus Valẽtiniano iperatore a Barſallia milite interfecto imperiũ occidentale occupauit: ⁊ ſtatim Ludoxiani ipſius Valentiniani vxorẽ violẽtis nuptijs ſibi adiungit. Quapropter Vandali ex Aphrica accito Genſerico rege duce Romam hoſtili manu ingreſſi ipſum Maximinũ in illo tumultu occidũt: ⁊ in Tyberim proijciunt. Quo mortuo per vrbẽ debaccantes vniuerſam diripiunt: atqꝫ iterato incendũt: templa quoqꝫ ⁊ ſacraria vniuerſa ſpoliant: nec Leonẽ pontificẽ deprecantẽ exaudire voluerunt. Urbem deinde ſpoliatam relinquentes Ludoxiam etiam ⁊ eius filiam a Valentiniano ſuſceptam ſecũ in Aphricam perduxerunt: ⁊ hic fuit annus ſextus Martiani imperij.

¶ Venetie

¶ Venetie ciuitas Regia.

¶ Venetie ciuitas nostro euo ꝑ potentiã ⁊ excellẽtiã cantatissima hoc anno (Ricobaldo Ferrariẽsi historico teste) in Venetia ꝓuicia extruĩ. Sũt tñ q dicũt eã ab Eneto seu Veneto q̃dã troiano ꝓncipe ꝓmo cõditã. Alij aũt a q̃busdã piscatorib⁹ initiũ sumpsisse ferũt. Verũtamẽ eodẽ auctore li.x.ⁱ refe rẽte hac ipsa tẽpestate exanimata Hunnox terribilissimo hoste Italia: ⁊ cõfugiẽtib⁹ vndiqz cõuicina rũ vrbiũ: videlicet Aglcie: Altini: Cõcordie: Caprulax ⁊ Laureti: necnõ ⁊ Patauij: Vincẽtie: Vero ne: Mãtue: Brixie: Bergomi: ac Mediolani ⁊ Papie nobilib⁹: ⁊ ꝑ ꝓximã paludẽ cõsistere atqz late re conãtibus in extrema pene adriatici sinus oĩa vbi intra paludẽ cãpus assurgebat plurimus: nõ di co pastores aut piscatores: sed nobilissimi ciues ibidẽ cõuenere. Ibiqz exiccato quottidie de industria solo mãsiones muniere q̃s a cõi ꝓuicie noĩe vnde ꝓuenerãt Venetias dixerũt. Aglciẽses aũt ꝓmi gra dũ: deide Cõcordiẽses Caprulas cõdidere. Altinates vo sex opidula: videlz Torcellũ cũ gnque alijs cõdiderũt. Patauini deide partẽ Riui alti extruxerũt: postea monte Silicẽse Methemachũ Albiolã Philistinã ⁊ q̃dã alia posuerũt: atqz ita hec celebris ⁊ iclyta ciuitas ilico mirũ immodũ: ⁊ vltra q̃ cre di põt: creuit. Cuius qdẽ vrbis cũ multe pateant latissime ⁊ laudatissime cõmẽdationes: illa imꝑmis exiat. Alie n q̃s accepisse lectitasseqz: aut a nobilipsis ꝑ varias orbis terraꝝ oras aspexisse cõtigit: ce lebres: glorioseqz vocanr. Hec admirãda vna est: cui tñ celestis aspiravit favor: vt ipsaꝝ rex natura cesserit: Cũ certe mortaliũ ingenio opib⁹: manibusqz qõ humanitus dici põt: iactis humi fundamẽtis cõdite sũt. Hec itra fluctuosos maris ipetus ⁊ medios pelagi vortices q̃si regina in alias caput extulit vrbes: ꝑ tot tẽpla: tot regias amplissimasqz edes: turres: naualia: portus assurgẽs: vt q̃ ad vni⁹ vrbis decorẽ collata sũt: multa ꝓ ornamẽtis supesse queãt. Eã nimiꝝ gẽtib⁹ oĩb⁹ tutã sedẽ cõe domiciliũ ⁊ ho spitale generis humani: receptaculũqz ab imortali deo institutã eẽ crediderim: cũ eo tot oportunas flu minũ derivatiões adeo ꝓmode adiacẽtes: q̃qz vsuꝝ regiões tot eingẽtiũ littoꝝ q̃si menia: vallũqz ꝓspi cio: q̃ ex mediterraneis locis fruges ac alia vite necessaria deuehanr: q̃ ita maritimi ꝓmeat⁹ acciptr vt nullos externaꝝ classiũ: nullos infestãtiũ pdonũ reformidaret icursus: q̃si ad vrbis iremẽtũ ⁊ ipe raturã ciuitatẽ supi anspices eclũ ⁊ cũcta ꝓcesserint. Hꝫ qppe hec ciuitas: vt Cassiodo. ingt: pro pau reflux⁹ semel in die ꝓtingit: tãta nãqz est hui⁹ vrbis amplitudo: tãtaqz dignitas: vt nõ solũ Aglcie pa triarchatũ ꝓsecuta sit: vex etiã iter fer ocissimas gẽtes eo fastigij puenerit: vt late mari: ac terris imꝑet ac benignos oĩbus ac liberos sin⁹ aperiat: q̃ res efficit vt sine patria sese appellare debeat nemo: cũ in bac ipsa: sicut his q parẽtib⁹ orbati sũt: eo adoptari pacto liceat: vt parui tpis ꝓsuetudine beneficẽtia:

comitate filios cõstet fieri legittimos: nec nos in pũtia preclarã regẽdi Venetoꝝ cẽditionẽ: nõ ꝓpias leges: nõ rerũ gestaꝝ amplitudinẽ: nõ ipsas oi in belloꝝ genere victorias: nõ demq; ꝓpe diuinã administrationẽ dicturi sumus: qõ opus nõ modo imensum: sed etiã supra humanas vires essẽt. veꝝ illud summatim attigisse satis arbitramur: ꝙ cũ ꝑter magnas virtutes illud ꝑcipuis Veneti accurate tenuerunt vt equissimi essent ꝛ haberent: qppe q nemini iniuriã aut bellũ intulisse ceperint. Addamus ꝛ illud qõ vere huiꝰ vrbis peculiare decus est: ꝙ vniuersum resp. coꝛpꝰ ab eis semp ita curatũ ꝛ in cõꝛsultũ: vt in aliq ꝑte tuẽda ne reliqs vnq; desertas omiserint: q res adeo ciuiles discordias ꝛ populares seditiões oino auertit: vt huic vrbi ꝑ° boiuz memoriã sine factiõibꝰ ꝛ itestini cõtentiõibꝰ rã imẽsuz: tã diuturnũ gerere licuerit iperiũ: vt aũt in bellis iferẽdis semp tardissimi extitere veneti: sic ab armis ꝓ sua amicoꝛũ ꝙz salute: dignitate: fortunis: impio i alias natiões suscipiẽdas nullus eos terroꝛ: nulla tractura: nullũ ꝙz discrimẽ absterrere vnq; potuit. Est. n. eis ãtiquꝰ mos ꝛ sctissiꝰ ac singulariꝰ i xpianos beniuoleãtia: q vere alteꝝ italie columẽ toti gẽtiũ xpianitati merito appellari lz. Hã cũ prudẽtia: fortitudine: magnificẽtia: benignitate: clemẽtia: religq vtutibꝰ antecellãt Veneti: id. n. sibi maxie ascribũt laudi: vt bi q coꝛ q fũt cõmissi in pace securi degãt. Sintq ꝙbtissimis quot mõstris terras ꝛ tyrãnis ciuitates exonerarunt. Quot reges ꝛ ꝓncipes aliorũz fraudibꝰ ꝛ vi deiectos magnis süptibꝰ ac detrimẽtis regnis icolumes restituerũt. Neq; illud reticere fas eẽ credimꝰ: qõ i oñoꝝ venetoꝝ maxima redũdat gloriã. Classem. n. duce Nauarchis militibꝰ remigibꝰ oi teloꝝ genere ĩstructã quotannis emittunt: que maria: ĩsulasq; sagaci lustret ĩdagine: vt si maritimi vsq; ꝑdones cõparẽt: eos insectent: ꝓfligent: crucient: Tutũ mare mercatoribꝰ: ceteriscq; mortalibus reddãt: vt iure ipsis Venetis optãdũ sic: Quod quidam ex nostris infrascriptis carminibus in coꝝ laudẽ perpulchre cecinit dicens.

Dum mare delphinos: dum celi clara tenebũt
Sydera: dũ gratas tellus dabit humida fruges
¶ Hānibalum familia inter Ro. familias clarissima t sine cōtentione pmaria: hoc eodē anno sede Romana ex Nicolai morte vacāte ipsi⁹ fautoribus adiuuantibus vrsinos vrbis dominiū occupātes ab vrbe pepulere. Erū. n. cardinales in pclaui essent: qdā Ricardus ex ipsi⁹ Hānibalū familia pterat pclani. Qui: vt erat animo pstās Vrsum Nicolai pape nepotē viterbiēsi pretura deiecit: q hui⁹ familia acerrimus esset hostis. Qō audientes duo cardinales ex vrsinoꝝ familia ipedire ceperunt: ne fieret electio nisi Vrsus in pretura restitueretur. Quāobrē viterbienses Ricardū secuti pclaue tumultuarie ingrediūtur: t cardinales quosdā capientes in vinculis coniecerunt. Qō vbi Rome scitū est eadē etiā Hannibalus factio Vrsinos oēs ab vrbe pellit. Quapropter seditiones multe: plurimeqꝝ edes: t incendia multa subsecuta sunt. Sed nō multos vrsini prevalentes Hannibales eiecere. pp. 197

In Martinus quartus papa: natione turonēsis: Symon antea vocatus: post longā ptentionē Nicolao pōtifici: hoc anno Viterbij suffect⁹ sedit annis. 4. t mēse vno: vir optim⁹ t sanctitate precipuus: q pōtificatu inito statim in die resurrectionis dñi sex cardinales creauit: t Carolū Sicilie regē ad se veniētē e senatoria dignitate deiecit̄ in pristinū statū restituit: ciusqꝝ istantia palcologū iperatorē pacta lugdunēsis pcilij nō seruātē: t Petrū aragonensem ptra ius fasqꝝ Siciliā occupātē anathemate notauit: t eius regnum in predam illud occupare volentibus pcessit. Bellum etiaꝝ in Flāminia ptra Forolinianos ab ecclesia deficiētes gessit: quos etiā breui adiuuāte Guidone Qō in fide recepit. Demū multis vexatus curis perusiū profectus ibidē moritur: t in maiori ecclesia ibidē sepelitur: vbi t multis claruit miraculis. 1283 6482

¶ Puerulus villosus t vsoꝝ more vngulis armatus bis tpibus ex ipsi⁹ Martini psobrina nascit̄.

Quamobcausam Martinus rubore perfusus omnes vsorũ imagines e domibus suis abradi fecit.
¶ Piscẽ marinũ leonis effigiẽ habẽtẽ: hoc ipso anno apud centũ cellas mense Februario captũ fuisse tradunt: quẽ e mari extrahentes vlulatũ etiã hominis planctũ dedisse ferunt: et ad põtificẽ in vrbe veteri perlatũ vniuersos in stuporem sui conuertit.

6483 1284 ¶ Turrim altissimã quã toraciũ vniuersi vocant: hoc anno in Cremona guelphorũ factio tũ maxime ea in vrbe ꝑualens vna cũ celeberrimo tẽplo in medio vrbis foro adiunanb⁹ alijs huiusmodi factionis ciuitatib⁹ edificare ceperũt: quã qdẽ cũ maximo gaudio et ardore atq; impensa intra duorũ annoꝝ spatiũ indictibili ꝑpe impensa pfecerũt. Verũ eodẽ ãno quo turris pfecta fuit Rhodulpho cesare in cisalpina veniente gibellina pars iperatore fauente erecta guelphos ex vrbe eiecit: et ꝓcipatu atq; toraciũ supbissimũ guelphis abstulit. Ipso tũc volubili ludo homines ludere gaudebat.
¶ Carol⁹ 6⁹ Caroli Sicilie regis fili⁹: hoc ãno pẽ defuncto adolesc. ẽ tul⁹ pẽ i regnũ succedẽs regnauit ãnis. 25. hic galloꝝ suoꝝ exercitu frei⁹ ꝑtra Petrũ aragonẽsẽz mouit: et post multoꝝ vtriusq; ꝓtis cedes Petrũ ipsũz Carol⁹ vulnerãs haud multopost interijt. Et deiceps ab aduersario reliquũ tps in pace ꝓsumpsit. Quinto deide regni sui anno: cũ etiã Vngarie rex sine viri ꝑle defecisset ex vxoria heredi tate ẽt illud regnũ accepit: et Carolo ꝓmogenito suo ꝓcessit. Tãdẽ cũ. 40. etatis sue annos cõplesset moriens. i 4. ex Maria vxore vngarie regis filia reliqt filios. 9. s. mares et. 5. femellas: quoꝝ nobiliores fuere Carol⁹ ꝓgnomẽto Marcell⁹ Vngarie regni titulo ifignit⁹: Ludouic⁹ q ordinẽ minorũ iduit: et postea in sanctorũ numero aggregat⁹ fuit. et terti⁹ Robert⁹ q illi et patri in regnũ succesꝛ fuit.

6484 1285 ¶ Philipp⁹ francoꝝ rex cognomento pulcher ꝑ Philippi regis filius: hoc anno ipso patre defuncto Francis regnare cepit: et regnauit annis. 29. hic ꝓtra Edouardũ anglorũ regẽ grauissimũ gerẽs bellũ multa incõmoda et innumeras accepit clades: atq; Bonifaciũ octauũ põtificẽ maximũ ꝓpter ipsi⁹ arrogantiã apud Anagniã vrbẽ ꝑ Sarã colũnẽsez capi et in carcere trudi fecit. Indeq; cũ tẽplarios milites oĩnoextinguere statuissetꝑmo generalẽ eo magistrũ cũ multis exuri fecit: ac multos alios crudeliter interficiẽs reliq oẽs timore pterriti e regno fugerunt. Judeos etiã direptis eoꝝ bonis ob auaritiã suã et quedam eoꝝ maleficia e regno suo cũ singulis vestimentis expulit.
¶ Fulgineũ Vmbrie ciuitas olim a Tudertinis edificata et postea a longobardis funditus euersa: hoc anno cũ diu tã fuisset ĩstaurata a perusinis inuadit̃: et post durã et longã obsidionẽ vi et armis occupat̃ et in direptionẽ oĩno militib⁹ dat̃: qua spoliata ei⁹ muros aliq; ex ꝑte destruxerũt. Quãobrẽ ponti. Ro. pusinos sacris interdixit: q tandẽ vt venia accipere mererẽtur maximã pecuniã persoluere: et muros destructos resarciuere.

¶ Ordinis seruoꝝ initium.

¶ Philipp⁹ vir religiosissim⁹ natione etrusc⁹ ordinis seruoꝝ virginis Marie ꝑm⁹ quasi institutor et auctor: hoc ipso anno octauo kal̃. septẽ. miraculis clarus nõ longe a Florentia vrbe quieuit in pace. Optim⁹ sane vir et multa cõmendatione dign⁹ q ex patre Jacobo florentino: matreq; Albãda nat⁹ et apprime disciplinis sufficienter edoct⁹ ex medico satis egregio primo eremiticã vitã suscepit: indeq; diuino oraculo monit⁹ hãc seruoꝝ virginis Marie religionẽ sub diui ipsi⁹ patris Augustini regula excitauit: atq; ipsaz verbo et exẽplo aligb⁹ additis ꝓstitutionib⁹ in forma redegit. Quã qdẽ religionẽ et ordinẽ a multis ipzobatũ et ꝓturbatũ Benedict⁹ postea vndecim⁹: et Bonifaci⁹ atq; Urban⁹ sext⁹ necnõ et alij cõplurimi sũmi põtifices approbãtes multis priuilegijs et exẽptionibus munierũt: et inter mẽdicãtes cõnumerauerũt. Qui qdẽ ordo nũc et viris doctissimis et in declamationib⁹ clarissimis ac locorũ multitudine multo habetur in precio.

¶ Viri disciplinis excellẽtes.

¶ Thade⁹ natiõe florẽtin⁹ medicus celeberrim⁹: his tpibus apud Bononiã legendo clarus existẽs: velut alter Hyppocrates ab oĩb⁹ habit⁹ est. Qui cũ doctissim⁹ haberet oia Hyppocratis et aliorũ in medicina ꝑncipũ obscura egregie detexit: et pre ceteris explanauit: et que nũc ad man⁹ habentur hec sunt expositio amphorismoꝝ Hyppocratis: et ꝓnosticoꝝ ciusdẽ. Quasq; expositiones diuersis tpib⁹ accõmodatas sup libros Galieni: q dicit̃ microtegni: hoc ẽ minor ars. Itẽ librũ de seruãda sanitate: et ad varias valitudines ꝓsilia multa. Itẽ in libro acutorũ Hyppocratis expositionẽ edidit: ac etiam in Ysagogis Johanitij et aliq; alia: Quib⁹ editis demũ octogenari⁹ Bononie obijt. Qui ob celebrẽ eius famã innumeras ꝓgregauit diuitias. Cũ. n. a ꝑncipib⁹ italie ꝓuocaret̃ qnquaginta aureos ꝑ diurna mercede habere volebat. Ab Honorio vero summo põtifice aliquando vocatus nõ prius accedere voluit q̃ centũ aurei illi in diẽ statuerentur. Unde liberatus ex grauissima ifirmitate pontifex decẽ milia illi aureos ꝓdonauit.
¶ Guido de Baypho archidiacon⁹ bononiensis vir vtriusq; iuris eruditissim⁹ atq; suprem⁹: et ipse ꝑ hoc tẽꝑ multa copiose ornateq; in põtificio iure cõposuit: sed ei⁹ opus potissimũ laudat̃: quod in decretorũ librũ cõmentat⁹ est: quod qdẽ rosariũ appellauit. Id enim opus: ipso testante: in Januario mense anno. 1300. cõplenit. Sextũ etiã decretaliũ postea explanauit.
¶ Sarsias hispan⁹ et ipse luculentissim⁹ legum explanator tẽpestate hac viguit: et super decretalib⁹ egregium opus cõposuit.
¶ Egidi⁹ Roman⁹ ordinis eremitarũ generalis ꝓz et bituricensis archiepiscopus: ac ꝑmas Agretanie declaratus: his tpibus ob ingenij magnitudinem theologorum ꝑnceps appellatus est: quod quidem conijci potest: si a curioso lectore eius volumina ꝑspiciantur. Hic nanq; ex illustri colũnensium

Romanorum

Romanorum familia nat⁹: cū lōgo tpe ordinē suū: oēmq; ecclesiā doctrina ⁊ moꝛib⁹ illustrasset: pluri moq; laboꝛe p̄ceptoꝛis sui Thome Aquinatis opera apud Parisios defensasset: tandē miraculis cla rus beato fine quiit. Quo sanctitatis merito beat⁹ doctoꝛ appellat⁹ est: q hec que subiecta sunt edidit libꝛoꝛum volumina: videlicet.

De coꝛpoꝛe xp̄i tractatū. i. q incipit: qꝛ inter cetera
De mensura angeloꝛ tractatū. i. Nō de mensura
De cognitiōe angeloꝛ tractatū. i. Nō vtrū angelus
De gradib⁹ formarū tractatū. i. Quesitū est de deo
De esse ⁊ essentia tractatū. i. Quesisti vtrum
De generatiōe ⁊ coꝛruptiōe trac. i. Ria vt restaꝛ phūs
De formatiōe coꝛpis hūani trac. i. In quo ponunt.
De peccato oꝛiginali tractatū. i. Ego sum puluis
De p̄destinatiōe ⁊ p̄scia ⁊ inferno trac. i. Nobili militi
De ratione moꝛtuoꝛ trac. i. Questio est.
Theoꝛicā de esse ⁊ essentia trac. i. Omne esse vel est.
De distinctione articuloꝛ fidei trac. i. Quesiuistis.
De fide catholica expositio trac. i. Firmiter credim⁹.
De canone misse expositio tracta. i. Cui marte.
De regimine p̄ncipū tracta. i. Ex regula ⁊.
De renūciatione pape trac. i. Nō. n. placebit.
Sup̄ primū sententiaꝛū trac. i. Candoꝛ est. n.
Sup̄ secūdū sentētiaꝛū trac. i. Quoniam ea.
Sup̄ tertū sentētiaꝛū trac. i. Exiui a patre.
Cōpendiū theologie li. 6. veritatis theo.
Sup̄. 4. sentētiaꝛū lectura tractatū. i. cupiētes
Quodlibeta multa: incipiūt qōnes p̄posite.
Coꝛrectoꝛiū coꝛruptoꝛij bti tho. quare dꝛaxi.
Sup̄. 3. li. de anima tracta. i. Ex Romanoꝛum
Sup̄. 8. phȳsicoꝛ tractatū. i. Naturali scientia.
Sup̄ li. celecoꝛ tractatū vnū. Ex illustri.
Sup̄ oēs Aristotelis li. trac. i. Phūs in secūdo
Sup̄ libꝛū rhetoꝛicoꝛ trac. i. Edidit quoq; Exameron libꝛos duos.
De intellectu possibili.
De laudibus diuine sapientie.
De diuina sapientia in beatis.
De carcere. Dc bona foꝛtuna.
De subiecto theologie.
De ecclesiastica potestate li. 3.
Sup̄ cantica canticoꝛum.
Sup̄ epistolā ad Romanos.
Sup̄ ad coꝛinth. Sup̄ id omne qđ in mūdo ē.
Sermones p̄terea multos putiles p̄ totū anni circulū: ⁊ alia multa que videre non merui.

¶ Pisanoꝛum strages.

¶ Pisani viri potētissimi hoc anno mēse iulio coactis vndiq; copijs aduersus genuenses bellū susci piūt: ⁊ igēti ⁊ instructa classe in genuēsiū fines eꝛūpūt: ⁊ magnā oꝛētis partē depopulātes nulli loco aut sacro aut p̄uato pepeꝛcūt. Cūq; etiā in coꝛ poꝛtū p̄uenissent: ⁊ ibidē p̄ aliquot dies obuersati fuissent ⁊ missilia argētea genuēsib⁹ imūissent: eos ad pugnā elicere conabant: Genuēses vero q iādiu classē suā in poꝛtū retraxeꝛāt: pugnā acerrimā cū ipsis pisanis detractauere dicētes eos in poꝛt⁹ suos cū pa ce regredi: quia in p̄mo Augusto mēse ad eos pugnādi gratia se libenter p̄ferent. Genuēses itaq; vt Joānes villan⁹ florentin⁹ historic⁹ refert: sequēti Augusto: vt p̄miserāt: cū triginta ⁊ cētū triremib⁹ atq; alijs minoꝛib⁹ lignis p̄stantissimo animo Pisas p̄uenerūt: ⁊ apud Meloꝛiā insulā pisano poꝛtui vi cinā p̄gressum cū pisanis fecerunt: ⁊ maxima hinc inde cedes facta vbi etiā vulnerati multiq; vndis obruti genuēsib⁹ postremo pisani victoriā dedere: ⁊ supioꝛes icredibili gloria affecti cum quadraginta nouē triremib⁹ discessere: ⁊ cū in coꝛflictu sexdecim milia pisanoꝛ occiderata fuissent: maximis pisa nis meroꝛ ⁊ luct⁹ excitat⁹ est: eo qꝛ nulla dom⁹ in vrbe ⁊ extra sine funere relicta fuisset. Que res adeo pisanoꝛū vires eneruauit: vt deinceps pristinū gloꝛie nomē nunq̄ recuperare potuerit: ⁊ hec qui iusto dei iudicio p̄tra pisanos acta sunt. Quia eo loci vbi pisani ipsi transalpinos p̄latos supioꝛib⁹ annis Federici secundi iussu marinis fluctibus obꝛuerant ibidē tanta clade affecti sunt.

Honoꝛi⁹. 4. papa natione Ro. ex sabellōꝛū nobili domo nat⁹: Jacob⁹ antea vocat⁹: Martino pōtifici hoc anno suffect⁹ sedit annis. 2. ⁊ mēse vno: pōtifex certe omni vita p̄bat⁹ ⁊ ebꝛistiane religionis amātissim⁹ magniq; p̄silij ⁊ p̄udētie vir: cui⁹ tāta fuit p̄udētia vt solus p̄pe plura videret q̄ oēs simul q in vrbe aderāt. Hic egregias domos in auētino mōte vbi habitabat extꝛuxit: ⁊ multos ad id faciēdū inuitauit. Inde Petrū aragonēsem regē q Sicilie regnū occupauerat anathema te notauit: ⁊ Martini p̄decessoꝛis sui iterdicta p̄tra ipsum Petrū p̄firmauit: necnō ⁊ in Guidonē sel tranū Flāminiā oēm p̄tra ius vexantem bellum mouit: quem bꝛeui superatum p̄uinciam ipsaq; eccle sie restituit. Hic carmelitaꝛū ordinē in lateranēsi p̄cilio nō satis p̄batū ⁊ a multo ipugnatum p̄firma uit ⁊ multis p̄uilegijs communiuit: quibus gestis non diu superuixit: sed secundo pontificatus sui an no moꝛiens ex sancta Sabina auentini montis ad basilicam beati Petri delatus sepulcheo marmo ꝛeo magna pompa sepelitur: ⁊ tunc vacauit sedes mensibus decem. pp̄. 198. 1289 6485

¶ Lucēses his tēpoꝛibus cuꝛ duodecim milibus nūmū auri Rhodulpho cesari p̄solui̇ssent: sed ab iperatoꝛum ditione liberos fecerunt. Nā Rhodulphus ipse cū comparande pecunie admodū studio sus esset cancellariū suū ex gēte fusca liberatis genuēsibus ⁊ sauonēsibus in etꝛuriā misit: q populos oēs ⁊ eos poti⁹ simū q se pecunia redimerent liberos faceret: quod audiētes lucēses libertatis cupidi ipsam pecuniam p̄mi libētissime eꝛogarunt.

¶ Florētini simili⁹ ter sex milia nūmū auri p̄soluētes: ⁊ ipsi in omnimodā libertatem sese reddideꝛūt qui sibi omnino statim facti magistratum quem p̄ioꝛes artiū vocāt addito vexillifeꝛo institie creaue ꝛe: ⁊ eos publicis edibus incluseꝛe: nec aliud quicq̄ q̄ de republica cogitare aut tractare iussi sunt: ⁊ hic quidem magistratus ad nostrā vsq; etatem in Florentia perdurat.

pp.199.

6487 1288 Nicolaus.4.papa:natione piceꝰ ciuitate Asculana:Hieronymꝰ antea vocatꝰ:ordinē minorū ꝓfessus:postmodū pōtificatus:hoc anno subrogatꝰ sedit annis.4.mēse vno:vir qdē litterarū diuinarū humanarūq egregie doctꝰ:q sup.4.sentētiarū libris multa edidit:sed t in veteri ac nouo testamento tractatus cōposuit:t ꝑter doctrinā multe bonitatis t integritatis pōtifex fuit:oēs.s. pariter amando q nō plura affinibꝰ aut cognatis se debere aut cōferre q̄ alijs bonis arbitrabat. Et ꝓpterea ex omni fere religione cardinales creauit:t vbē Romanā pulcherrimis edificijs exornauit. Sz ꝑsertim apud sanctā Mariā maiorē vbi ipse habitauit ipsi basilicā vna cū Jacobo colūna cardinali restituit:ac etiā anteriorē t posteriorē lateranēsis basilice instaurat. Hic multos milites in Asiā ad tuendā prolemaidā ꝓprio cre transmisit:alioſq plurimos cruce signatos mittere curauit. Beniq cū vbē Ro.ciuilibꝰ dissidijs agitare cerneret:t incendia:cedesq plurimas ꝓferre cerneret:tedio animi q male sibi oia cedere videret:q plusq̄ pōtificē decebat in vnā ꝑē declinauerat mortem Ro.obijt: t quo mortuo cardinales vt liberi electionē facerent Perusiā migrarūt. Nec duobus annis tribusq apud sanctam Mariā maiorem sepultus fuit:mensibꝰ in electione ꝓcordare potuerunt.

¶ Matthеus t Joānes vicecomites Thebaldi viri honestissimi filij:hoc anno Othone archiepo patruo vita functo Mediolanensis vrbis rostra atq habenas receperunt:quoꝝ iperiū nō admodū fuit durū:propter quod dilatatum fuit in longum:nā Matthеus quia maior erat dictator:Joannes vero vrbis pretura vsus est. Sed tertio anno decurso cum Joānes ex pleuresi sine ꝓle defecisset Matheo integrū regnū reliquit:t multa strenue gessit.

6489 1290 ¶ Petrꝰ gradenigo eiꝰ nois.xi.ꝯi. Venetoꝝ dux:hoc anno Joanni dādulo duci succeſſt ducauit annis.22.t mēsi.4.vir qdē ꝓuidus t multarū rerū expertꝰ:cuiꝰ tpe ciuitas ipsa Veneta tumultū sensit: quia Baiamons qdā tepulꝰ rerū nouarū cupidꝰ vna cū grimis t basilijs regnū affectās maximū tumultū in vrbe excitauit. Sed eiꝰ ꝓuidentia cito vrbi ges reddita est:in qbus pro dementia t demeritis publico senatꝰ ꝓsilio animaduersum est:indeq animo clatꝰ ꝓtra genuenses in grecia exarat:vt Perā coꝝ vrbē sine ꝓsidio relictā p duces suos inuaserit:t direptis ciuiū bonis vna cum multis nauibus igne appositō exusserit:atq id idē in Fegia oppido egit. Qō audientes genuēses statim cū ducentis triremibꝰ:vt Jacobꝰ theologꝰ scribit:in adriaticū mare venerūt:t classē Venetā igēti furore itercepērūt ac ꝓsus laceratā t demersaz cū.70.coꝝ maximis nauibꝰ captis in triūphi modū Genuā redierunt. q̄obrē veneti maximū incōmodū suscepērūt:ideq Ferrariā vbē cēsibꝰ inter se dissidētibꝰ patre.s. filio obsedit t occupauit:ꝓp quod a Clemēte pōti.cū vbē dimittere recusaret interdicti pena vna cū toto senatu t vrbe veneta mulctatꝰ est:atq venetos oēs q in gallia t anglia inuenti fuissent:idē pōtifex pro seruis haberi iussit:quāobrē res veneta ingentia dāna ꝓpessa est. Verūtamē tandē vbē p cruce signatos:ac etiā florentinoꝝ auxilio cū multa suoꝝ occidione t dedecore reddere cōpulsus fuit. Hic inter cetera ꝓsilium decēuirale ꝓtra tumultū Baiamontis t eius sequacium in vrbe inchoauit. Beniq post multas fluctuatiōes t ꝑturbationes vita functus apud sanctū Cyprianū in Mauriano sepeliꝝ.

¶ Tripolis destructio.

¶ Tripolis aūt insignis Asie ciuitas:hoc anno a Melechasach Soldano imperatore ꝓpter xp̄ianoꝝ discordias capitur:t cum ingenti xp̄ianoꝝ cede igni:ferroq vastat:qua desolata t parē calamitatē in Sydone t Baruto ciuitatibꝰ exercuit.

¶ Ugolinū pisanū comitē factionis gibelline ea in vrbe principē:hoc āno guelphi pisani auxilio archiepiscopi q cū eo vetustissimas gerebat inimicitias cū omni domo t familia sua ceperūt:t causa indicta cū igēti furore in quadā turri iclauserūt:vbi liberos t nepotes:ac oēs suā familiā t demū ipsum inedia ꝓsumere ꝓmiserūt:ꝓp qō turris illa ab illo t deiceps vsq in pūtem die famelica turris appellata est. Quāobrez ethruric oēs gibellini cōmoti in guelphos vbiq exarsere:t in Aretinos ꝑmo arma mouere exulibꝰ ipsi id obnixe expetētibꝰ Bulielmꝰ ār petramala eps eo tpe Aretio dominabat. Cui Ferrētanꝰ comes t florētini auxilio aduenerāt:Carolꝰ aūt rex pōtificē accessurꝰ Florentiā venit cū duab equitū cohortibꝰ:quē florētini ꝓtra petramalā epm irritauerūt additis copijs multis:quibus epm supare optime posset. Uenitq rex in agrū typhernatē:hoc est ciuitatis castelli cū copijs florenti noꝝ gibellinis associatꝰ. Et Bulielmꝰ eps cū noningētis egtibꝰ t octomille peditibꝰ occurrit ibidēq collatis signis acerrimū ꝓlium cōmiserunt:vbi ꝑmo interfectis epo aretino t comite feltrano magna cedes in guelphis florētinis fieri cepta est. Sed paulopost mutata fortuna in cassentinati agro ex gibellinis ad.3.milia interfecta:t duo milia capta fuerunt:hoc maximū malū ex incōsiderato principio venisse manifestum est. ¶ Viri disciplinis excellentes.

¶ Ugolinꝰ vbcuētanꝰ ordinis eremitarū diui Augustini luculētissimꝰ theologꝰ t doctor:ꝑmo arimīnēsis epūs:t postea Cōstantinopolitanꝰ patriarcha:p hoc tpe Parisij ꝑmā cathedrā tenēs maximo in ꝓcio habitꝰ ē:q vna cū litteris moribꝰ ēt ornatissimꝰ eēt:t ipse ecclesiā dei tū docēdo:tū legēdo t scribēdo mirūmodū adiuuit. Scripsit aūt hic ꝑmo de differētia idiomatū libū vnū:sup.4.sniarum libros laudabilia cōposuit cōmētaria:sed t quolibeta plurima omnium iudicio dignissima disputauit.

¶ Arlotꝰ ethruscꝰ ex Prato oppido natꝰ ordinis minoꝝ generalis minister t doctor:tēpestate hac dialeticos sui tpis supauit.etiam paucis in philosophia cedēs magnꝰ theologꝰ habitꝰ est. Qui ꝓter reliqua que vtiliter scripsit cōcordātias noui t veteris testamenti vtilissime cōposuit.

¶ Joannes

¶ Joannes de Parma ciusdē ordinis pfessus: t sacre theologie magister: p hoc idē tēpus doctrina t morū ac vite sanctitate ornatissimus fuit: q̄ pter miracula plurima a se edita etiā sup ſnias: ac sup bibliā multa ꝓscripsit: atq; alia ꝓfecit opuscula. ſ. regē xp̄m crucifixū: t de beneficijs dei tractatū edidit.

¶ Alexāder de Alexādria postea generalis ipsius ordinis minister: t ipse p hoc ip̄z tēpus sup sentētias postillas memoratu dignissimas edidit. Et cū esset excellētissimi ingenij vir in metaphysicā t in libū de anima Aristotelis: ac etiā in totā ferme philosophiā conscripsit.

¶ Matthēū de Aquasparta portuesem postea cardinalē ep̄m: ciusdē ordinis olim generalē mīnistrū: magni nobilisq; ingenij virū p hec tpa fuisse: t multa in sacris lr̄is t sentētijs Petri lombardi cōmentatū fuisse scribūt. Extant t eius sermones multi eloquētia t doctrina pleni.

¶ Ugo autē bolionius predict̄ ordinis insignis doct̄or t cardinalis p̄sbyter: per hec ipsa tēpora tum vite sanctimonia: tumq; voluminibus a se editis plurimū illustravit.

¶ Joānes balbus natione Genuēsis ordinis predicatorū professor: vir bonarū artiū t studijs adornatus: per hoc tēpus plurima vocabula t ferme oia accurate diligēterq; in volumen collegit: q̄ gdē opus catholicon. i. vniuersalē noīauit. Aliud preterea opusculū in dialogi modum quo questionibus anime ad spiritum edidit. Scripseratq; t ante religionis ingressum de ratione pasc: quo ꝓfecto iam grādeuus ad religionē trāsiens facultates suas satis amplas pauperibus erogauit.

¶ Jacobus autē ciusdē ordinis theologus t declamator egregi⁹ t a Nicolao. 4°. genuēsis archiep̄s designatus: ex oppido viraginis agri Genuēsis ortus: q̄ gdā olim v̄ginis vicū ducē ꝓsucuerant: hoc tpe t moribus t doctrina ac dignitate magno in p̄cio fuit: atq; genuēsem suā eccleſiā verbo t ope plurimū iuuit. Qui pter eccl̄ie regimē t ante episcopatū t in ipso ep̄atu multos cōmentariolos succo plenos cōposuit. Et multas sanct̄or vitas diffusas atq; dispersas in vnū volumen collegit: cuius principiū aduētus dñi edidit: t de sanctis sermones de peccatorios p̄dicatorib⁹ vtiles quor̄ p̄incipiū est Vestigia eius secutus est spiritus meus. In euāgelijs etiā p anni circulū alios edidit sermones: atq; librū de beata virgine Maria martialis titulo prenotatū q incipit Abstinētia multiplex. Beniq; cū historias egregie calleret chronichā de origine t gestis ciuitatis sue ꝓposuit. Hūc autē illū existimo porchetū esse Genuēsem ep̄m: de quo Blōdus foroliuiēsis in historijs suis dixit: q̄ cū ante pedes Bonifacij octaui in die cinerū se posuisset pro cineribus ex more suscipiendis: vbi cū ex more dici a sacerdote consuetū est. Memento hō q̄ cinis es t in cinerē reuerteris. Bonifaci⁹ p̄ti. videſ hoiez mutatis q̄busdā vbis dixit Memēto quia gibellinus es t gibellinis tuis in nihilū reuerteris: t sic cineres in oculos ei⁹ iniecit: nō in caput vt mos est: atq; ita ipsum archiepiscopatu priuauit: licet postea illum restituerit.

Haulphus anaxone comarchus. 18. g̃rmanor̄ impator: hoc āno oīuz suffragijs cesar creatus t fact⁹ impauit annis. 6. vir certe ilignis: s̄z parū milite t pecunijs pot̄ēs: q impio suscepto q̄uis a p̄tifice nō coronatus fuisset: cū iperij iura repetere tentasset ab Alberto Rhodolphi filio in spirnēsi agro propter militū paucitatē vt potius oppressus q̄ superatus occiditur.

¶ Andronicus grecus Michaelis paleologi impatoris filius: hoc anno p̄e defuncto in grecorum iperiū succedēs impauit annis. 15. Hic cū vidisset patrē excōmunicatū a calogeris sacerdotibus t monachis sepultura ecclesiastica priuatū: eo q̄ occidētali ecclesie fidē in lugdunēsi concilio p̄missam seruare noluisset: ea cōtumelia motus libēter eidē se conimxisset: si a p̄incipio a p̄tifice Ro. auxiliū habere potuisset: q̄ postea semp facere recusauit. Huic aūt impatori Gulielmus italicus mōtisferati marchio p̄genitā suam dedit vxorē: ex qua Theodor̄ virū p̄stātiss̄mū postea suscepit filiū: qui in montisferati regno post Joannē auunculū suū sine filijs decedentē successit.

¶ Celestinus. 5. papa patria excrinēsis. Petrus morroneus antea vocatus: ꝓfessione anachorita: hoc anno tandē absens in Perusina vrbe q̄si p indignationē pontifex post Nicolaū creatus sedit mēsi. 5. t die vno: litter̄ar quidē ignarus: sed sanctitatis eximie insignitusq; res quā maxime dībus admiranda fuit. Hic cū Caroli regis t Latini cardinalis p̄curatione p̄tifex creatus fuisset: statim aquilā de mēte Caroli ipsius ꝓfectus est: quo t cardinales ad se vocauit: ibiq; cōsecratus. 12. nouos cardinales creauit: t ipse eo loci coronatus est. In cuius coronatiōe ad ducēta hominū milia interfuisse referunt: quā multitudinē credit fuisse motā: vt ex diu expectata electiōe t rei nouitate simul t sanctitate viri q̄ homo cremita ad tantū dignitatis fastigiū non nisi diuinitus p̄uectus esse videret. Celestinus tñ ꝓpter hoc vite pristine austeritatē nō mutare voluit: sed quū experiētia rerum careret parū vtilis reipublice indicatus est. Ceptūq; est de cessione tractare: Q̄ cū Carolus rex audisset pontificē amicū Neapolim secū duxit: multisq; exhortatiōibus t modis conatus est eius animū a cessione auertere adeo vt solēni pōpa p archiep̄m ducta clerus t populus ab eo benedictionē petierit illiq; se cōmēdaret rogādo: nec bene gubernatā eccleſiā suo regimine destrueret. Quib⁹ benedictionē data respōderi iussit futurū esse q̄ deus ꝓ salute ppli disponere dignaret. Bñdict⁹ aūt caietanus vir callidus t iuris scientia pitissim⁹ multis canonib⁹ Celestino pape ostēdit: q̄ graviter peccaret: si se in sufficientē cernēs ad obeundū pontificatū nō alteri cederet. Cōstitutionēq; ꝓmulgari meruit: p quā declaratū est licere p̄tifici Romano dignitatē dimittere. Ex q̄bus verbis t suasionib⁹ paulo post Celestinus papatu se abdicauit: t cardinalib⁹ alterius subrogādi arbitriū permisit. Quāobrē cardinales statim Benedictū caietanū pontificē elegerunt. Celestinus vero dimisso papatu cū ad optatum

pp. 200.

sibi eremū rediret ilico a nouo pontifice detinetur: t captus in sulmonis arce recluditᵗ: vbi ad tempus necessitate t dolore animi mori cogitᵗ: Quē postea Clemēs quintus visis eius crebris miraculis in sanctoꝝ numero ascripsit. Cuius dici celebritas. 14. kalen. Julij obseruatur.

pp. 201.

6493 1294 b Bonifacius octauus papa natiōe campanus: patria anagninus: Benedictus antea vocatus Neapolim in festo sancte Lucie idibᵘ decēbris anni pteriti pōtifex creatus sedit annis octo: mēsibus nouē t diebus. 17. vir certe callidus t ingratus: q ambitione sua sanctū Celestinū decepit: t pōtificatu se abdicare q̄si coegit: ac ppetuo carceri dānauit. Dubitabat. n. iste: ne deceptū scnē aliqs ꝑnceps eū ad prelatū reuocaret: t ꝓpterea captū in carcere inclusit: t vbi foret scire nō pmisit. Aiunt. n. hūc Bonifaciū quendā hoiem clanculū in cubiculo Celestini nocte misisse: qui voce q̄si diuina diceret: Celestinus si saluus vult fieri pōtificiū munus oīno deponat. Atq; ita his artibus t fraudibus Bonifacius pontificatū adeptus est. Suscepto igit pōtificatu oēs fere contēnere cepit: t gras a predecessoribus suis factas t plurimū reuocauit. Discordiasq; q̄ maxime inter guelphos t gibellinos semp alere studuit: pīsertim Genuēses t Venetos: quoꝝ gibellinaꝝ factionē mirifice t crudeliter vbiq; plseq nō destitit. Eapropter Petrū t Jacobū cardinales colūnenses vna cū Sara coꝝ patruo viros insignes ex odio gibellino factiōis indicta calūnia cardinalatus dignitate beneficijs fundis paternis castellis: alijsq; rebus ꝓuauit: sicut habet extra de scismaticis li. 6. Eius nēpe ira oībus gibellinis iplacabilis erat. Supradictis male gestis hoc vnū laude dignū exegit opus q̄ euangelistaꝝ t q̄tuor doctoꝝ. s. Gregorij: Augustini: Ambrosij: t Hieronymi solēnitatē sub duplici officio celebrari ꝑcepit: vt habet extra de reliquijs t veneratiōe sanctoꝝ li. 6. c. Gloriosus deus. Hic Ludouicū ex regia frācoꝝ stirpe natū apud Aphricā defunctū in scīos cōfessores merito rettulit: et villā apanēsem in nouā erexit ciuitatē: cidēq; episcopū assignās. Cōsiliū generale habuit: in quo Philippū frācoꝝ regem t Sarā cū oībus suis colūnēsibus anathemate notauit: ac Francoꝝ regnū ꝓpter violatū insgentiuꝝ Alberto impatori subiecit. Qua ex re idignatus Philippus: cū pōtificis supbiā domare cuperet: Sara colūnensem p̄dictoꝝ cardinaliū patruū a Bonifacio pulsum romā cū ducētis equitibus e Massilia clam mittit: q collectis vndiq; aicis Anagniā noctu igressus: aditiuātibus gibellinis: quos ipse pōtifex vexauerat pōtificē in paterna domo: t in quo genitus fuerat cubiculo valuis vi refractis obstupentē ꝓpria manu cepit: direptisq; eius inumeris thesauris Romā vinctū pduxit: vbi carceri mācipatus infra quartū t vigesimū diē violēta morte defecit: sepultusq; in basilica beati Petri: sepulchro antea a se cōstructo. Fuit hic in vtroq; iure peritissimus: religiones oēs priuilegijs t imunitatibᵘ mirū inmodū adiuuit. Verū q̄n oia pro arbitrio ai potius ad terroꝛē q̄ ad amoꝛem agere conatus est: ab oībus arrogātissimus t iprobus adiudicatus est. Unde de eo scriptū est: Intrauit vt vulpes: vixit vt leo: mortuus est vt canis: t mensurā quā Celestino viro sancto mensuit: eidē remensa fuit.

¶ Sextū pōtificij iuris codicē hoc anno Bonifacius ipse pōtifex edidit: quē attributis doctissimis viris ex quibusdā nouis decretis a se editis copulari mādauit: t publico edicto obseruari t in publicis Gymnasijs legi debere precepit: quē statim archidiaconus Bononiensis explanauit.

¶ Liburni euersio.

6493 1294 ¶ Genuēses a Pisanis sepe infensi eo ipso anno cōtra ipsos adeo exarserūt: vt cōparata classe non modica in eoꝝ portū deuenerūt: t Liburnū portū vna cū eius munitissima arce ceperūt: t ferro atq; incēdio prorsus euerterint: quibus gestis etiā q̄sdā onerarias naues in Arni fluminis ostio demerserūt ne Pisanis oīno nauigare liceret: q̄ res quāto fuerit Pisanis detrimēto dicere nō sufficimᵘ. Erat. n. arx a portu paululū recedebat: apud ipsamq; in scopulo turrim phareaꝝ habebat: que nocturno tpe tyrreno mari nauigātibus lumē q̄ luce pbebat: t Pisanū ipsuꝝ portū a longe ostendebat. Verūtamen t pace cōfecta ab integro Pisani cūcta restituerūt: que ad oia adhuc celeberrima in manus florentinoꝝ manent. Eo enim loci beatū patrē Augustinū dum trinitatis libꝝ cōponere meditaretur: Christum in pueruli formā maris aquas cū cochleari in fossula fundentē vidisse dicunt.

¶ Ordo celestinoꝝ a predicto papa eius auctore cognominatᵘ tēpestate hac sub regula diui Benedicti initiū t mirū incrementū sumpsit. Eo q̄ ipso sanctissimo viro in carcere defuncto: ꝓpter eiᵘ crebra miracula multi nobiles t sanctissimi viri: spretis seculi bonis t pompis: ordinē ingressi cito t virorum numero ac cenobiorum constructione mirabiliter auxere.

6496 1297 ¶ Leo Estensis marchio hoc anno in Ferrarie vrbis vicariatu t dominio patri succedēs regnauit annis duodecim: qui Luciā Alberti scaligeri viri nobilissimi ac potentissimi filiā ducens vxoꝛē: ex ea Azonē prestantissimū postea principem suscepit filiū. Qui soceri sui auxilio fretus maximū in bononiēses gessit bellum. Quāobrem multe cedes atq; incōmoda inter vtranq; partem prouenere. Quid autem ab eis ꝓsecutus fuerit ꝓpertum non habeo.

¶ Joānes Azōtisferrati marchio Gulielmi marchionis filius: qui fuit Bonifacij: qui fuit alterius Gulielmi: q fuit Bonifacij alterius Thessalie regis: de quo preclara apud Asiam per eū gesta supra descripsimus: hoc anno patri in regnū succedēs regnauit annis. 15. Vir per oia strēnuus atq; clemētissimus t bello sciētissimus: q bella plurima strennue gessit: t Papiā vrbem cum vniuerso agro sibi subiecit: quam cū cepisset etiam Alexādrinis sibi aduersantibus bellum intulit: t multa oppida de eius agro sibi vendicauit. Verumtamen ab eis tandem superatus t captus carceri damnatus est.

Que res hostibus admodū grata existēs eorū aios erexit: qui in libertatē redacti ipsius regnū plurimum cōtriuerūt: tandē multa pecunia a suis redēptus pacē equis cōditionibus cū oibus pcussit. Hic cū Margaritā sabaudiēsem duxisset vxorē: nullā ex ea prolē suscipere meruit. Quo sine prole defuncto Theodorū andronici Grecorum imperatoris filiū ex sorore nepotem habuit successorē. Et ita in isto omnis Alaranij successio omnino defecit.

Albertus Rhodulphi olim imperatoris filiꝰ Austerie dux hoc anno Adaulpho imperatore oppresso & interfecto decimusnonus germanoꝝ imperator declaratꝰ: & impauit annis decē. Vir vtiq; bello & armis strēnuus: q̄ suscepto imperio ferme a Bonifacio pontifice imperij cōfirmationē expostulauit: quā vnq̄ ab arrogantissimo hoc obtinere nō potuit. Verū cū inter Philippū francoꝝ regē & Bonifaciū ipsuq; postmodū suborta fuisset dissensio: eo q̄ Philippus apud Parisios magnū cōgregasset cōuentū vbi Bonifacij cōmemoratis iniurijs sibi illatis: ac etiaz eius fraude & ambitione in papatu occupādo cōmemorata futurū cōciliū appellauerit Bonifacius: vt erat alioquin arrogantissimus ira pctus: cōcilio habito nō solū Albertū cōfirmauit: sed etiā Philippi regnuz Alberto huic subiecit: q̄ res multas discordias & occidiones inter xpianos suscitauit. Deniq; hic Albertus cū multa gessisset strēnue: & Rhenū fluuiū trāsisset: e mari descēdere volēs a nepote suo interfectus fuit. 1298 6497

¶ Fraticelli de opinione.

¶ Hereſis coꝝ q̄ se fraticellos de opinīōe vulgariter nūcupatos eodē anno a Bonifacio pōti. dānatꝫ & vbiq; diligēti cura pquisita exterminari iubet. Unde & Hermāni cuiusdā corpus eiusdē secte auctoris apud Ferrariā viginti annis sepultū q̄ pro sancto colebaꝫ exhumari & exuri fecit: habita de huiusmodi diligēti ingsitiōe: nec ꝓpterea huiusmodi hereſis exterminari potuit: quinimmo idies excrescēs multos etiā religiosos viros doctissimos habuit fautores: qō malū adeo postea tēpore Joānis vigesimi hui⁹ cūdi diffusuz est: vt multis in Italia vbibus: atq; p oīa Grecie: & pīsertim Athenaꝝ multi fuerūt inuēti: q̄ dicerēt Bonifaciū pōti. nec quenq̄ illi⁹ successorē: & pīsertim Joānē. 22^m. iure & ordine creatū esse pōtificē. Unde eā ob fatuitatē aie & cōuēticulis clam initis sūmis pōtificib⁹ aduersari ceperūt: quā q̄ magis luxurie & libidinis blādimēta seq̄ viderent q̄ iuris pōtificij q̄rere fundamēta. Hā pter supra & adulteria q̄ passim vnusq̄q; abditis in locis ad hoc occulte paratis cōmittebāt: & aliud publicis coꝝ cerimonijs tale fiebat scelus: vt vocate & de industria seducte speciosiores queq; vel viduc: vl vgines cū in antris noctu venirēt sacerdotes: & eius secte clerici codē in antro clausi diuinas gdez laudes ad cōparandā fidē ex christiano ritu cantabāt: q̄bus nocte: vt aiūt: media finitis: sacerdotes coꝝ alta admonebāt voce: binos debere masculū & feminā sancto spiritu inuocato in cōplexū: carnalēq; copulaz cōmiscerī. Quib⁹ dictis luminib⁹ ide ilico extinctis: q̄q; viroꝝ ꝓximā mulierē ꝓsternebat sibi: & si ex huiusmodi cōplexu seu coitu aliq̄ mulier cōcepisset: infans genitus ad cōuēticulū illud in spelunca deferebaꝫ: & p singulas manus trahebaꝫ: tādiu: toties q̄ baiulādus: quousq; ab eis exhalabat. Ysq; in cuius manus ifantulus expirabat maximus pōtifex diuino: vt aiebāt: spiritu creatus habebaꝫ: & quē alter ex tam multis vitiatis mulieribus offerebaꝫ fetus cū sacerdotes collegialiter sociati & ꝯgregati prius assabāt: collectosq; cineres in vasculū mittētes vinū supinfundebāt: quo nouicios & execrabilibus huiusmodi cōsecrādos optabāt: a quo cōbibebāt modo credulis hec supstitio vasculi quo fit vocabulo Barilotū vocata est. Extant adhuc ex huiusmodi crudelissima & diabolica hereſi aligbus in locis abditis & vallibus nōnulla cōuēticula pertinaciter in sua perfidia permanentia.

¶ Clarā oppidi Montisfalconi oriundā augustinianc religiōis eremitaꝝ alūnā: virginē vtiq; insigniē & sinceritate vite clarissimā: hoc anno apud eundē Mōtisfalconi spolitane vbis oppidū animā celo reddidisse ferūt: Que sanctissima virgo tantis certe extitit decorata meritis & miraculis: vt sanctaꝝ catbalago pie ascripta putari possit. De cui⁹ sanctitatis pconio hoc vnū referrim⁹ testimoniū: q̄ apertis etiā oculis videri potest: quoq; de quouis sancto nunq̄ lectitatū vel repertū est. Ea sigdez

6501 | 1302

¶ Bīnus mugelanus iuris vtriusq; peritissimus doctor hoc tpe clarvit z primū locum inter doctores in italia obtinuit: eo q; in dicēdo: disputādo: decidēdoq; tātam loquendi vim habuit: q; eo presente vniuersalis legalis philosophie synodus adesse videret. Et ꝓpterea copiose: eleganterq; totū ciuile ius multis voluminibus declarauit. Nā super infortiato digestoq; veteri ac nouo pulchre scripsit. Insuper z de mādato Bonifacij pape post archidiaconū bononiensem in iure pontificio Sextū declarauit. Scripsit etiam cōsilia elegantissima.

¶ Petrus de Bellapertica natiōe burgūdus ꝑdicti dñi Bini ꝓfessionis z doctrine ꝓsimilis eidem tpibus florvit: qui z ipsa bino non minus docte z accurate sup toto digesto: codiceq; ac institutis scripsit. Habent etiā eius centū disputatiōes a se edite z in maximo precio apud doctos habite.

¶ Jacobus de arena natiōe Parmēsis iurisconsultus peritissimus: cuius opiniones in explanādis legibus: vt Bartolus testat: semp de mēte iuris extitit: his tēporibus breuiter vtiliterq; sup digesto toto z codice scripsit. Indeq; disputatiōes pulchras ac tractatū de excussione composuit.

¶ Nicolaus de neapoli his cōtemporaneus existens super prima infortiati z toto volumine copiose z pulchre cōscripsit: ac quedam alia edidit.

¶ Frāciscus accursius Florētinus eminētissimus doctor z ipse per hec tpa docēdo ac scribēdo reddidit clarissima: q; inter cetera nōnullas glosulas seu additiōes paternis glosis addidit.

¶ Jacobus de Rauēna ꝓuincie Lothoringie oriundus iuris vtriusq; doctor: z sacraꝝ litteraꝝ professor: hac tēpestate cū domino Bino eiusdē precij hītus est: eo q; z ipse sup toto digesto z codice scripserit: z multa: vt Cynus ait: simplici sensu a maioribꝰ tradita ad dyalecticū arguēdi modū deduxerit.

¶ Martinus Syluani pōtificis ciuiliūq; iuriū peritissimus doctor: z Joannis andree preceptor: z ipse tēpore isto florvit: z perutiles cōmētariolos in legibus edidit.

¶ Albertus Odophredi auditor per hoc ipsum tempus iurisconsultus excellēs habitus est: qui z ipse tum preclara quedā in legibus cōposuit: de qbus rara habentur exemplaria.

¶ Joānes Scotus ordinis minoꝝ theologus subtilissimus: ꝑ hoc tepus velut alter Apollo florvit: z pre ceteris theologis subtilissima quedā opa edidit: et ꝑcipue sup quartū sententiarum quē ipse (vt aiunt) in ordinē redegit. Quodlibeta etiā plurima disputauit. In diuinis etiā codicibus cōmentarios z alios tractatus edidit: qui quidē cōmētarij qd valeant absq; nostro testimonio ipsi ostēdunt. Super libros q̄ maxime metaphysice questiones perutiles disputauit: z alia plurima cōposuit. Hunc aute lacte sue sapiētie multos enutrisse discipulos tradunt. Sed q maxime profecere hos fuisse dicunt: Frāciscum maronē: Antoniū Andreā Joannē Brandonē: Joannē Scotꝰ: Joannē canonicū: Ochaz Burleū: Gualterū atq; alios cōplurimos: quorū ingenijs mirū in modū philosophia creuit. Deniq; apopleticus interijt: q̄uis a plerisq; putet: q; ipse vivus fuerit defossus.

¶ Raynerius pisanus ordinis ꝑdicatoꝝ magister egregius: doctrina. s. z eloquētia grauis vir optimus ac ꝓpemodū sanctus: hoc anno: vt ex eius operibus habemus: summa in veneratione habet: z hoc ipso anno copiosissime multaꝝ lucubrationū z vigiliaꝝ plenā conscribere ortus est. In qua certe quāte integritatis: quāteq; litterature ac sanctimonie vir fuerit: vel ex hoc ꝑcipi potest. Od cū in ea qd vtilitatis difficultatisue necessariū est: diuinaꝝ scripturaꝝ studio plenissime inueniat sine sui laude z prefatione: vt plerūq; fieri solet absolute incipit sic: Absolutio z̄.

6502 | 1303

¶ Alanū autem doctorem celeberrimū cognomento vniuersalem: nonnullis his temporibus ascribunt: qui cum in omni scientia admirandus esset precipue tamē in theologia ac philosophia excedēs vniuersalitatis vocabulo insigniri meruit.

¶ Augustinus de Jtherāno generalis ordinis nostri prior natione Siculus: olim vtriusq; cōsultissimus ac theologus insignitus: hoc ipso anno haud ꝓcul a Senēsi ethrurie vrbe loco dicto Leonardo dicato multis clarus miraculis beato fine quieuit: q; postmodū ꝓpter doctrine z sanctitatis excellentiā beatus Augustinus nouellus appellatus est. Hic ꝑmo cū iurisconsultus toto orbe famosissimus haberet: a Māphredo ꝑdicto rege Siculo in cōsiliariū delectꝰ fuit. Sz postq̄ Māphredus ipse a Carolo interfectus fuit: saluti sue cōsulēs ordinē eremitaꝝ diui Aug. in Sicilie insula loco quodā solitario statim incognitus ingressus est. Quo in loco quāte puritatis: humilitatisq;: ac sanctimonie oibus exēplo fuerit: nō facile explicari pōt. Quippe humilia queq; religiōis officia sūmo studio: sūmoq; feruore exercere curauit. Sed eū didicisset in thuscia loca adesse solitaria diuine cōtēplatiōi percōmode a supioribus habita licentia ad sancti Antonij de Rusano loco ꝓfectus est. Eoq; loci aliquādiu maxima cū humilitate deo deseruiēs diuina dispēsatiōe ad multoꝝ vtilitatē qs esset cognitus est z in penitentiarū summi pontificis assumptus in veneratiōe ꝓsertim habitus est: vt qcūq; difficultatis in curia occurreret ad eū tanq̄ ad Apollinē oēs cōfluerēt. Deide in generalē ordinis assumptus: paulopost ipatiēs dignitatis: solitudinis: humilitatisq; solertissimus cultor: ante tēpus ꝯgregato Neapoli capitulo officio renūciauit. Senas deinde regressus ad optatū sue deuotionis locū se cōferens ibidē vitā suā finiuit. Quo mortuo tanta cū veneratiōe ab oibus habitus est: vt cū fratres eū ex more sepulture tradere vellēt a Senēsi eḡo z vniuerso populo ꝓhibitus est: dicētes virū tante sanctitatis insignem terrā obtinē licere: sed celebriori loco collocari: quo in loco in hodiernū vsq; diē maxima cū veneratiōe seruat.

¶ Bulielmꝰ bergomēsis ex nobili Lōgoꝝ familia ortus: tituliq; sancti Nicolai in carcere tulliano

cardinalis presbyter a Celestino pōti. pdicto insignitus: bisdē tpibus preter insignē doctrinaz qua in iure ciuili, pōtificioue peritissimus erat pter etiā aliaz bonaz artiū doctrinā t animi integritatē: gb⁹ optime vite iudicatus est: t tante auctoritatis t grauie apud Bonifaciū pontificē extitit: vt boiz arro gantissimū multis in rebus represserit: t legationes difficillimas ei sup omnes cōmiserit.

Benedictus eius nois. xi. papa: natiōe Tarusanus: pdicatoz ordinis ꝓfessor: Nicolaus antea vocatus: ipsi⁹ ordinis generalis magr: Bonifacio gdē suffectus sedit mēsi. 9. Vir gdē bonus: tāroq magīatu dignissimus: cuius sanctitatē t miracula a se post mortē edita optime declarat: quibus certe iter b. os cēseri ac cōnumerari potuit: q pōtificatu inito cos oēs sacris mysterijs abdicauit: quos auctores esse ꝓstabat: vt pdecessor eius Bonifacius moreret: Regēq frācie ad pristinaz dignitatē restituit: Joannē t Jacobū cardinales de Colūna tanq̄ iniuste dānatos in gratiā recepit: eisq bona oia Galero dūtaxat rubeo excepto restituit. Quibus rebus hoc modo cōpositis: cardinali busq gbusdā creatis etiā ad cōponendā italie pacē animū adiecit: qō vt cōmodius efficeret: statim cū curia Perusiuz ꝓfectus est: vbi infirmitate correptus rem destinatā omisit: t nonis Junijs diē ibidez obiit: t maxima cū pompa in ecclesia ordinis sui sepultus fuit. quo mortuo vacauit sedes mensi. xi.

pp. 202. 1304 6503

¶ Belgi galloz inf̄me cōditiōis populi q supioribus annis a Frācis deficientes ingētes coz copias deleuerāt: hoc anno terrestri naualiq pl̄io ab eisdē Frācis expugnātur: In q̄ gdē pugna multis eiusdē partis milibus interfectis nō incruenta victoria Frācis est relicta. Sed t paulopost copijs iterum reparatis t ad dimicandū ais erectis: cū vterq populus suū formidaret euentū pacē composuere.

¶ Curie in Gallias translatio.

Clemēs. v. papa natione Vascon⁹: Bernardus burdegallensis ep̄s antea vocatus: pre Beltrādo milite natus: Perusij absens post longā cōtentionē pōtifex creatus sedit annis. 8. mēsibus. 10. t diebus. 15. Qui in gallijs agēs t electiōi cōsentiens Lugdunū ex Burdegalia se cōtulit. Ad quē vocati cardinales sine mora ꝓfecti sunt: Quo ꝓficiscētes deceps septuagintaquattuor annis ibidē Romana curia cū magno christianoz dāno tenta est. Eius autē coronationi innumerabiles galloz populi cū Philippo rege t Carolo eius fratre: ac Joanne britānie duce interfuere. Qui Joannes dux dum pompa per vrbē duceret: cuiusdā muri ruina cū multis oppressus fuit: t Philippus rex debilitatus est: ac pōtifex a turba pressus vix mortis iperiū euadere potuit. Coronatus itaq Clemēs plurimos ex Gallia creauit cardinales: ex Italis autē nullū nisi q̄ Joannē t Jacobū colūnēses ad capellū restituit. Indeq tres cardinales cū senatoria potestate Romā misit: quoz auspicijs ipsa Roma t Italia oīs gubernabat: postmodū eius iussu Bulcini heresis oppressa fuit: ac tēplariorum religio penitus extincta: quoz bona Rhodijs militibus fuerūt attributa. Venetis pterea ꝓpter Ferrariā occupatā anathemate notatis etiā sacramēta interdixit. Ibidē quoq in florētinos t lucenses egit: quā obrē florētini idignati oēm clez sue vitiōis grauissimis exactiōibus grauare ceperūt. Cū autē ad coponēdū ecclesie statū aīum adiecisset: tria cōcilia diuersis tēporibus t locis habuit: vbi multa prudēter t mature egit: ac cōstitutiones multas religiosoz virorz statū permaxime cōcernētes accuratissime ordinauit: in qbus etiā regulā beati Frāciscī declarauit: ex qbus sanc cōstitutiōibus Clementinaz liber postea cōsecutus est: vbi etiā Celestinū papā sub noie Petri de murone sanctis confessoribus aggreganit. Demū varijs egritudinibus afflictus anno pōtificatus sui octauo mense. 10. moritur. Et eius corpus in vasconiā patriaz suam defertur: vbi in beate Marie de vzesta tēplo dyocesis vasatensis sepelit: t tūc sedes vacauit annis. 2. t mēsibus tribus: ac diebus. 17.

pp. 203. 1305 6504

¶ Bulcinus heresiarcha natiōe Novariēsis litterarū penit⁹ iscius: hoc anno apud Novariaz vbē suā vna cū margarita vxore sua nouā heresim aduersus sacerdotes inuenit: quā insaniēdo etiā disseminare ambo ausi sunt. Hi enim more Fraticelloz de opinione ad sex milia vtriusq ex vallib⁹ vicis oppidisq in fine cōdutiōis collectis t seductis sub specie charitatis iisimul habitare docuerūt: q in mōtibus habitātes in oēm luxuriā ꝓlabebātur: que pestis duobus annis perdurās multos religiosos: t maxime sacerdotes seculares ipugnauit. Clemēs autē pōtifex audita huiusmodi diabolica secta statim legatū apostolicū in lōbardia cū multis militibus misit: q collectis vndiq auxiliarib⁹ copijs: eos in alpibus domdusule cōclusit: vbi tandē eos partim armis: partimq frigore t inedia cōsumere fecit. Captis deniq Bulcino t Margarita Vercellas pduci iubent: t iudicio dñi Gulielmi de berna legū doctoris patria Bergomēsis tradunt: ibidē cū Tomielloz noie p̄sidebat: q maleficijs coz examinatis suiam in eos ꝓferēs mēbratim p̄mo lacerari iubent: inde coz ossa cōcremari: t inuentū dispergi precepit. Nec ꝓpter ea hec ipsa pestis oīno deleri potuit: gnimmo adhue in tridētinis mōtibus vbi idē Bulcinus sue heresi initiū dedit: alique eius extāt reliquie: q in abditis religiosoz more latitantes Bulcini cognoiati sunt. Ipsius autē Bulcini scelera t penas in iferno meritas: Dantes cōtemporaneus eius in suo tractatu de iferno. c. 28. satis meminit dicens: Or di a fra bulcino dumq che sarmi tē. Hic Bulcinus totā fere Europā in stupore cōmouit: t multorum ora replenit.

1305 6504

¶ Eduardus angloz rex Eduardi p̄stabilis fame regis fili⁹: hoc anno p̄ri in regnū succedēs regnauit vsq ad Urbanū. v⁹. vir gdē rei militaris insignis t acer: t qō laudabili⁹ est iustissimus: q cū Philippo Francoz rege classico bello ꝓsepe pugnauit: t q̄ maxime semel tanta vi apud flādric portum Sluys expugnauit: vt ad. 30. galloz milia vno cōflictu interfecerit. Quinta victoria Eduardus aio erectus

1307 6506

in Calesuz francoz munitissimā ciuitatē statim mouit: z ea. xi. mēsib⁹ obsedit z expugnauit: z ad xx. galloz milia etiā illo tpe occidit: z tandē illā vi z armis in deditionē accepit. His strēnue gestis Edo. ardus cadē fortuna etiā Scotos supauit. Perseuerāte adhuc post Philippi mortē Joāne eius filio in edonardi bello iterū in pitiriensi agro adiuuātibus Genuēsiū copijs: eo ex italia missis grauissima ce de gallos rursus supauit: vbi z Joānē regē ipsius Philippi filiū: filiū cū Philippo eius filio Edoar. dus cepit quē tū: vt erat aio clemēs tum oibus captiuis ea cōditione liberauit ne amplius cōtra se bel lum gereret. Qui tamē nō ita multopost pacis federa rumpēs ab integro Eduardū impulit arma in eius z totius regni sui pniciē suscitze: qō z factū est. Nā infidelitate viri cōcitatus q̄tū potuit cōgrega. uit exercitū: z in Franciā venies vniuersum ei quasi ademit regnū: adeo vt Joannē regē in Parisioz regiā eū incluserit: z multis diebus obsederit: ꝓpter qō multa dāna z incōmoda regnū omne ptulit: z nisi pōtificū preces affuissent: de regno Francoz actū fuisset: pax tñ nunq̄ inter ipsos cōcludi potuit. Eduardus tamen Anglorū regnū cū omni moderatione z iustitia quoadiuixit rexit.

¶ Ordinis Rhodiorum militum principium.

